NAZIONALE
8
21 — D
75
VITT. EMANUELE
ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

VINCENTII

BRVNI, SOCIETATIS IESV.

MEDITATIONES,

IN SEPTEM PRÆCIPVA festa B. Virginis.

ITEM

COMMVNE SANCTORVM.

Cum Figuris Veteris Teſtamenti, & Prophetiis, ac Documentis ex Euangelio, aliiſque Scripturis depromptis.

Nunc ex Italico in Latinum tranſlata.

BIBLIOTECA CENTRAL

LVGDVNI,

Apud Hæredes GVIL. ROVILLII ſub ſcuto Veneto.

M. DC. VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P.

VINCENTII

BRVNI, SOCIETATIS IESV.

MEDITATIONES,

IN SEPTEM PRÆCIPVA
festa B. Virginis.

ITEM
COMMVNE SANCTORVM.

Cum Figuris Veteris Teſtamenti, & Prophetiis, ac Documentis ex Euangelio, aliiſque Scripturis depromptis.

Nunc ex Italico in Latinum tranſlata.

BIBLIOTECA

LVGDVNI,

Apud Hæredes GVIL. ROVILLII
ſub ſcuto Veneto.

M. DC. VII.

Digitized by Google

Digitized by Google

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI, ET
Domino, D. Stephano Vvebero,
Mysiensi Episcopo, Reuerēdiss.
& Illustriss. D. D. Vvolfgangi
Archiepiscopi Moguntini, Prin-
cipis Electoris in Pontificalibus
Vicario, SS. Thrologiæ Doctori,
&c. Collegium Moguntinum So-
cietatis Iesu. S.

PErmultæ hoc nostro sæculo, Reuerendiss. Domine, à viris eruditis & piis in lucem editæ sunt de vita Christi D. N. & Deiparæ Virginis Mariæ Meditationes ad vitam piè sanctéque instituendam cùm primis vtiles & salutares. Sed quisquis has recentes, & postremas Vincentij Bruni Societatis nostræ Theologi, Italico idiomate iampridem conscripras perlegerit, non dubium est, quin, siue sententiæ elegantiã ver-

Digitized by Google

bis diuinæ Scripturæ inhærentem, ſiue optimorum documentorum copiam, ſiue vim & efficacitatem in Dei amorem, peccatiſque odium, animos inflammandi conſideret, eas calculo ſuo inter optimas ſit adnumeraturus. Quæ cauſa perpulit nos, vt laborem in Latinũ idioma eas conuertendi ante biennium inchoatum, & obitu interpretis aliquandiu deſertum, proximo ſuperiori anno, tribus partibus adiectis, continuaremus: omnibuſque pietatis ſtudioſis, hos nouos fontes delibandos proponeremus, vt ſi quos hactenus, aut rei difficultas, aut inſcitia à ſalubertima exercitatione deterruiſſet, nouitatis illecebra proliceret. Quo verò hanc quartam, & extremam Meditationum partẽ feſtis beatiſſimæ Virginis Mariæ inſcriptam, tutelari Reuerendiſs. D. T. nomini dicaremus, germina nos cauſa permouit. Altera, rara tua & eximia, multiſque retrò annis teſtata in glorioſiſſimam Dei matrem

trem religio & pietas. Annus enim iam agitur vigesimus, cùm in Sodalitatem Annunciatæ Virginis, recens tum in hac vrbe instituntam, vltro te aggregasti, ac deinceps statis conuentibus publicis assiduè interfuisti, Oratorium Parthenium sacro instrumento ornasti, ac legibus eiusdem etiam minimis, istius Episcopalis honoris tui, vt ita loquar, fasces submisisti. Altera causa est; vt nos hoc libello aliquod grati animi indicium in publicum daremus, pro singulari tua, eaque nunquam interrupta beneuolentia, qua nos, totamque Societatem nostram à primis vsque initiis syncerè & cõstanter es complexus: cui denique in perpetuũ amoris tui in nos monimentum, superiorumque officiorum cumulum, in summa Ecclesiæ huius nostrę ara nobilem, & fulgẽtibus auro signis visendam tabulã (Lysippi & Appellis opus dixeris) his extremis annis ingenti sumptu adiicere voluisti. Pro quo insigni

munere, vt Deus O. M. præter lõgiorem huius lucis vſuram, aurea ſempiternæ vitæ ſæcula R.D.T. aliquando adiiciat, ex animo optamus. Moguntiæ kal. Febr. hoc eſt in Purificatæ Beatiſs. Virgin. Mariæ peruigilio, Anno M. D. XCVIII.

***

AVCTOR

AVCTOR PIO LECTORI.

COnſtituerâ in animo meo, poſt abſolutas Meditationes omnes in totam vitam & paſſionem Chriſti redemptoris noſtri, quas Deo iuuante iam abſolui, confi-cere quoque Meditationes in totam vitam Sanctiſſimæ Chriſti Matris à multis piis hominibus expetitas. Verùm re diligentiùs expenſa, tandem decreui, has paucas d taxat Meditationes in ſeptem præcipua ſanctiſſimæ Virginis feſta, ab Eccleſia anniuerſario ritu celebrari ſolita, in lucem dare: vt D. Virgini addictis capita quædam ad meditandum illis ſaltem diebus ſuppeterent, tum ad capiendã ex illis conſolationem aliquam ſpiritualem, tum ad amplius excitandam in ſe deuotionem erga hanc noſtram

gloriosam reginam, & aduocatam clementissimam. Hanc in sententiam ut venirem, illud in primis me impulit, quòd animaduerterẽ multos alios pios Scriptores in hoc genere desudasse, & in vniuersam Deiparæ vitam cum laude scripsisse: inter quos postremo loco etiam R. P. FRANCISCVS COSTERVS *Societatis nostræ Theologus, quinquaginta Meditationes admodùm vtiles & pias nuper diuulgauit: ante quem in diuersa eiusdem vitæ mysteria magno spiritu & eruditione scripserat R. P. F. Ludouicus Granatensis, qui facilè inter omnes spirituales huius sæculi Scriptores palmam obtinuit. Deinde, quod si quid, exceptis his septem meditationbus desiderari poterat, id iam copiosè in Meditationibus de vita* CHRISTI *D. N. pertractassem; sic prorsus vt ex his præsentibus & illis, historiam totam (quãtum quidẽ ex diuina Scriptura hauriri potuit) Sanctissimæ vitæ eius, totumq; id, quod ego pro imbecillitate vi-*

virium mearum in hoc argumento præstare valui, habere possis: alioquin totus labor mihi superuacaneus, & aliis parum utilis fuisset: quandoquidem multa iam in vita Christi Domini tractata, repetenda fuissent. Et quanquam tres Meditationes iam ante in Vita Christi conscriptæ, a me istis sint insertæ, tamẽ operam dedi, vt nunc vberiores & meliores, multis adiectis & immutatis, exirẽt. Addidi quoque vnam Meditationem de Natiuitate glorioſi præcurſoris, quàm in ſacro Euangelio de illo, velut de ſancto Chriſto admodum familiari, ac beatiſſ. Virginis proximo cognato, peculiaris mentio habeatur. Adhæc vt in reliquorum Sanctorum feſtis ſolennibus pij quoque cibum aliquem, quo ſpiritualiter paſcerentur, haberent: viſum eſt mihi adiungere nonnullas Conſiderationes de Sanctis generatim, hoc eſt, de S. Apoſtolis, Martyribus, Confeſſoribus, & Virginibus, tractando in genere de eorum excellentia, officiis,

virtutibus & præmijs: quibus conſi-derationibus vti poterit quilibet in feſtis Sanctorum toto anno occurren-tibus, quando alias meditationes ad manum non habebit. Ergo quia hic extremus flos eſt huius mei ſpiritualis ſerti, partim ex roſis purpureis ſan-ctiſſimæ vitæ Chriſti D. N. partim ex candidis lilijs vitæ, excellentiumq; virtutum pitriſſimæ eius matris, par-tim denique ex alijs pulcherrimis vir-tutum, & meritorum floribus omnium glorioſorum Sanctorũ contexti: dein-de quia alius mihi ſcopus propoſitus non fuit, quàm Saluatoris noſtri glo-riã, inflammareq; omnium animos, in eius amorem, & deuotionem erga ſanctiſſimam eiuſdem matrem: etiam atque etiam rogo pios, & candidos Lectores, vt æqui bonique conſulere hunc meum conatum & voluntatem velint, et ſi deprehenderint in hoc meo opere aliquid deſiderari, id meæ inſcientiæ, & imperitiæ attribuant: ſi ve ò ex eo fructum aliquem & profe-ctum ſpiritualem ceperint, diuinæ

Ma-

Maieſtati adſcribant, eiq́ ſoli cum laude gratias referant; quòd per infinitam ſapientiam ſuam, pro ampliori noſtro fructu, & ſalute, nôrit elicere mel de petra, & oleum de ſaxo duriſſimo.

BREVIS DESCRIPTIO PERSONÆ IESV CHRISTI DOMINI NOSTRI.

ATQVE ETIAM Beatissimæ Virginis eius Matris.

QVoniam eos, qui commentatione diuinarum rerum progressum facere cupiunt in spiritu, vitámque suam ad viuum Christi Saluatoris nostri exemplum conformare, magnoperè ad attentè & deuotè considerandam sanctissimam eius vitam iuuat, menti obiectas habere personas, quarum verba, gestus, actionésque quasi oculis conspectas expendunt, idcirco operæ pretium mihi facturus videor, si pro maiori eorundem consolatione & instructione, initio huius opusculi breuem ipsius personæ Christi D. N. qui nobis velut omnium virtutum speculum, ac vi-

Digitized by Google

tæ noſtræ, ſanctorúmque morum norma propoſitus eſt, deſcriptionẽ præmiſero: vt ſicut anima noſtra creata & formata eſt ad imaginem & ſimilitudinem Dei, ſed poſtea per peccatum deformata: ſic ad ſimilitudinem vitæ, ſanctiſſimorúmque morum filij Dei reformetur. Viſum eſt quoque adiungere, quoniam in hac parte de ſanctiſſima eius vita agitur, deſcriptionem beatiſſimæ eius matris Mariæ, quippè cùm illam Deus poſt benedictum filium ſuum, nobis dederit in Magiſtram, & omnium virtutum exemplar, vt inſiſtentes piorum more filiorum veſtigiis Matris noſtræ, eius fauore & auxilio perfecti efficeremur Chriſti filij imitatores, ac deinceps gratia ipſius cohæredes, & cœleſtis Patris eius hæredes.

Vt ergo initium faciamus à perſona Chriſti D.N. cùm is ſecundùm diuinitatem ſuam ſit fons omnis gratiæ, & ſpeculum omnis pulchritudinis, planè veriſimile eſt eum ſecun-

cundùm humanitatem quoq; fuiſſe, vt Propheta loquitur, *ſpecioſum forma præ filijs hominum*, hoc eſt, omnibus hominibus pulchriorem, gratioſiorem, & ſpecioſiorem. Erat enim, vt quidam Auctores referunt, & habet vetus traditio, venerabili, egregio, viuidóque vultu, & ſimul ſimplice, graui, & maturo, prudentiam cum lenitate coniunctam, placabilitatémq; iracundiæ expertem præ ſe ferente. Corporis ſtatura recta & mediocri, ad palmos prorſus ſeptem. Capillis more Nazaræorũ promiſſis & flauis, colorem referentibus aureum, perſimilẽ intimo maturarum nucum cortici, Cæſaries eius non admodum denſa, in capitis medio diuiſa, æqualiter ad aures defluens, inde verò quodammodo ad criſpos declinans. Supercilia nigra, non inflexa, Oculi ſubflaueſcentes, vt capilli, paulò tamẽ nigriores, ſed acres & clari, è quorũ luce mirifica emicabat gratia, Frõs plana, ampla & ſeuerior, Naſus longior in quo, ſicut

Pſal. 44.

Niceph. li. 1. Eccle. hiſt. c. vlt. S. Antoni.

Digitized by Google

ſicut & in ore nullum vitium notari poterat. Facies, neque rotunda, neq; acuta, ſed potiùs longa, ſine ruga & macula vlla, quam ferè habebat in terram demiſſam, tritici colorem matureſcẽtis, & cum modica fulcedine rubeſcẽtis referebat: támq; apparebat venerabilis, vt omnes intuẽtes facilè in amoré ſui, & reuerentiã pertraheret. Barba ſpiſſior erat, colore eodem, non admodum prolixa, & bifurcata. Collum fuit non arduũ & erectum, ſed ſenſim decliue. Sermo eius grauis, gratus, & modeſtus, in reprehenſionibus terribilis, in admonitionibus dulcis & amabilis: nunquam viſus ridere, lachrymari ſæpius. Perſimilis deniq; quoad humanitatem fuit benedictæ, & immaculatæ ſuæ genetrici.

Quòd deinde ad deſcriptionem beatiſſimæ virginis Matris Dei attinet, ſicut illa pulchritudine, & interna animæ ſuæ perfectione, non ſolùm omnibus aliis mulieribus, ſed etiã omnibus Paradiſi angelis præ-

ſtitit

stitit, ita verisimile est eandem quoad externam corporis formam perfectissimam, & incomparabili pulchritudine præditam fuisse. Vnde, quemadmodum scriptura prædicat Christum fuisse speciosum forma præ filiis hominum, ita de illa similiter scriptum est, illâ omnibus mulieribus esse formosiorem. Fuit ergo & ipsa, vt multi graues Doctores asserunt, statura mediocri, facie non rotunda, nec acuta, sed aliquanto longiore, colore, vt filius, triticum referente, capillo flauo, oculis item flauis, subfuscis & acribus, pupillis oliuæ colorem exprimentibus, & supercilijs inflexis, & decenter nigris. Nasus ei erat longior, labia florida, & verborum suauitate plena, manus simul & digiti longiores. Breuiter, maiorem pulchritudinis perfectionē habuit, quàm possit in corpore mortali inueniri. Tanta quoq; gratia in eius vultu resplendebat, vt Dionysius Areopagita (vt ille Dionysio Carthusiano, & Vbertino) cum

Cant. 2. & 5. Epiph. post. Nicephor. li. 2. cap. 23. Anselm. P. Canis.

cùm ex Græcia in Iudæam veniſſet, ſanctumque Apoſtolum Ioannem rogaſſet, ſibi vt poſteſtatem faceret videndi excellentiſſimam illam creaturam, è qua princeps & author totiº vniuerſi dignatus eſſet naſci, vbi in conſpectum eius venit tanta claritate & gloria fulgentem conſpexerit, vt præ ingenti ſtupore deficiens in terram ceciderit: ſed tãdem compos ſui factus, dixit, niſi ratione naturali & fide cognouiſſet aliam eſſe diuinitatem, ſe hanc ipſam loco diuinitatis habiturum fuiſſe. Erat in omnibus honeſta & grauis, facilis ad audiendum, & perquàm affabilis, ad obediendum & benefaciendum omnibus promptiſſima: ſed videbatur admodum verecũda, pauca tantùm loquẽs, eáque neceſſaria. Benigna erat in omnes, cuique ſuum honorem & veneratioem exhibens, ſine riſu, ſine perturbatione ſine vlla iracundia, & ſuper omnes excellentiſſima humilitate ornata. Quod ad veſtimenta attinet, eis

ſimpli

ſimpliciſſimis, & honeſtiſſimis ac natiui coloris, ſemper contenta fuit, ſicut probabile eſt, fuiſſe quoque veſtem inconſutilem quam ſuis manibus benedicto filio contexuit: quæ erat lanea reticulata, colore nõ omnino albo, ſed naturali leucopheo; Exercitia, & opera, quibus, B. Virgo exteriùs ſe occupabat, erant in lana, & lino, vel ſerico ad ſeruitium Templi: reliquum tempus ſacræ lectioni, orationi, & ieiunijs, ſicut poſtea ſuo loco dicetur, continenter tribuebat.

***

DE CONCEPTIONE B. VIRGINIS DEI MATRIS.

MEDITATIO I.

SCRIPTVRA.

DOminus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quicquam faceret à principio, ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis, antequam terra fieret: Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram, &c. *Prou. 8.*

FIGVRAE.

1. *DEus in Lege mandauit arcam teſtamenti fabricari ex lignis incorruptibilibus, intúſque, & foris tegi auro puriſſimo.* *Exod. 25.*

2. *Sa-*

3.Reg.10. 2. *Salomon construxit thronum grandem, & regium, in quo sederit, ex ebore candissimo, eumq; vestiuit auro purissimo fuluo nimis: de quo throno testatur Scriptura in nullo mundi regno tale opus esse fabricatum.*

PROPHETIÆ.

Prou.9. 1. *SApientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.*

Psal.45. 2. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.*

Psal.95. 3. *Domum tuam decet sanctitudo Domine.*

Cant.4. 4. *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

CONSIDERATIONES.

Punctũ. 1. SAlomon rex sapientissimus, dum ex vna parte damnum maximum vnius mulieris imprudentia, & inconstantia toti humano generi illatum consideraret; (nam diuini madati præuaricatione non solùm introduxit mortem in orbem terrarum, sed etiam occlusit cœlum, seque, & totam posteritatem æternæ maledictioni subiecit) ex altera verò parte spiritu Phopheticõ præuideret in mundum venturam aliã mu

mulierem ſapientem, & conſtantem à Deo promiſſam, quæ prioris mulieris damna eſſet reſtauratura, vt inimicus idem, qui per mulierem vicerat, per mulierem quoque vinceretur; admiratione quadam vehementi attonitus dixit: *Mulierem fortem quis inueniet?* quaſi diceret. Si ex arbitrio, & manu vnius mulieris pendet ſalus noſtra, & ruinæ noſtræ remedium, & innocentiæ reſtitutio, & contra potentem aduerſariũ noſtrum victoria, conuenit eam admodũ eſſe fortem. Sed quis talem inueniet? & quaſi vaticinans ſubiungit: *Procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Non erit hęc mulier exigui pretij, ſed nec maximi, quantum poteſt in hoc mundo reperiri, ſed inde ab extremo, & ſummo cœlo pretium eius deuocandum eſt. Age lætare Salomõ, tecumq; lætetur mundus totus, & exultet, quia iam inuenta eſt illa mulier fortis, iam de cœlo venit. Et quis alius eam inuenit, niſi magnus ille Archangelus Gabriel, hoc eſt, ſi interpreteris, fortitudo Dei? atque erat certè valdè congruens à Deo fortiſſimo ad mulierem tam fortem amandari quoque ita fortem Legatum. Multorum aliorum Sanctorum prędicatur fortitudo, ſingulareſque victoriæ ab eis relatæ aduerſus carnem, paſſiones, & affectus proprios dum vi eas ſpiritui, & rationi ſubiecerunt, de quibus ſcriptum eſt. *Fortior eſt qui dominatur animæ ſuæ, expugnatore urbium.* Verùm vt inimici eorum erant domeſtici,

Gen. 3.

Prou. 8.

Prou. 16.

BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA

Digitized by Google

ci, ita sæpenumero contingebat, vt nunc eos vincerent, nunc vicissim ab eis vincerentur: at beatissimæ Virginis eiusmodi fortitudo fuit, vt nunquam cognôrit, vel experta sit perturbationem aliquam, vel tentationem ex causa aliqua interna proficiscentem, (omnes enim animi vires, & sensus ordinatos, & rationi subiectos habebat) sed summa quadam pace, & quiete
Cant. 6. fruebatur. Vnde ipsa instar aciei armatorum militum benè ordinatæ, ob admirabilem omnium virtutum in ipsa consensum, & conspirationem, humanæ naturæ hosti tam erat facta terribilis, & formidabilis, vt nec insultare, nec etiam adiungere
Esd. 3. se ei auderet. Hæc est mulier illa, cuius fortitudo à custodib. corporis Regis Persarum, omnibus rebus fortibus est antelata: nam hæc non solùm vicit tam magnũ hostem, sed etiam suæ charitatis, & humilitatis fortitudine vicit fortissimum Deũ. O magna, & admirabilis amoris potentia, qui solus de Deo triumphat, eique quasi manus ligat, ne nos secundùm merita castiget Verè magna, & commentatione dig-
Iud. 12. nissima fuit fortituto Iudith viduæ, quæ sola vicit Holofernem hostem, & populũ suum à seruitute, & morte liberauit. At longè maior fuit fortitudo huius Virginis nostrę, quia non solùm vicit, & profligauit Tyrannum infernalem, sed etiam Deum introduxit in mundum, verum & legitimum dominum nostrum, per quem liberari

sati à morte ad æternam vitam vocati sumus. Hæc denique est illa fortissima turris Dauid, è qua vti scriptum est, *pendent mille clypei, & omnis armatura fortium.* Vnde Sapiens de hac muliere agens optimè subiecit. *Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Nam aliud non fuit Maria, quàm hortus ille concluſus, in quē Spiritus sanctus pulcherrimos quosque flores, & fragrantissimos odores, qui inter homines in terra, & inter Angelos in cœlo inueniri potuerunt, collegit. Verè hortus delitiarum, in quem superueniens, secúdi Austri instar Spiritus sanctus non solùm eum ditauit, sed ita repleuit, vt ex omnibus partibus, quasi fons redundans, riuos suos effuderit. *Cant. 4.* *Prou. 31.*

2. Considera, quantam gaudij materiam angelis in cœlo, & in terra hominibus attulit huius fortissimæ mulieris conceptio, quia eo ipso momento principium datum fuit restaurationi cœlestis Hierosolymæ, & nobili operi humanæ redemptionis, Tuc enim concepta fuit illa, à qua creator & redemptor mundi, pro salute generis humani carnem erat assumpturus, & homo futurus. Tunc diuinæ sapientiæ manu plantatus est Paradisus delitiarum plenus, omni voluptate spiritali circumfluens varijsque virtutum ac donorum cœlestiū floribus exornatus, in quo secundus Adam Christus redemptor noster erat collocandus. Tunc quoque plantata fuit fœlix arbor

bor vitæ, cuius viuificus, & ſalutaris fruct⁹ mederi debebat omnibus humanis infirmitatibus, æternámque vitam, & ſalutem hominibus conciliaturus. Tunc in Eccleſiæ horto ex radice Ieſſe germinauit virga regia, è qua exortus eſt flos pulcherrimus, in quo requieſcens ſpiritus *Domini*, plenitudinis illius omnes homines participes effecit. Tunc denique Spiritus ſanctus cœpit ordiri telam illam, è qua confici debuit noſtræ mortalis naturæ veſtis, ad induendum ea æternum Dei filium. Iam quia ſemper proprium fuit æternæ ſapientiæ, conuenienter officijs homini attributis conferre gratiam, donâque cœleſtia, planè efficitur, cùm poſt Dei filium, nulla fuerit in mundo creatura ſua ſanctiſſima Matre dignior, & nobilior, gratiam ei cœlitus cõmunicatam, hoc longiùs exceſſiſſe omniũ reliquorum Sanctorum gratiam, quò dignitas eius fuit ſublimior, nempe cuicunque alij, etiam angelicæ præferenda. Quare, & in perſona eius rectiſſimè ſcriptum
Eccl. 24. eſt. *In plenitudine ſanctorum detentio mea.* Ac verè omnium illarum virtutum, donorũque alijs ſanctis à Spiritu ſancto communicatorum plenitudo tota ſimul inuenta eſt in Maria. In ea enim fuit fides Patriarcharum, ſpes Prophetarum, Apoſtolorum zelus, conſtantia Martyrum, ſobrietas Confeſſorum, caſtitas Virginum, atque etiam puritas Angelorum. Adhæc perfectio, & dignitas huius virginis, facilè colligi-

ligitur ex ſumma dignitate, & ſanctitate Chriſti filij eius, cuius ſacratiſſimam humanitatem, rationem diuinæ perſonæ cui vnita fuit, conueniebat ornatam, & plenã eſſe omnibus gratijs ac donis, quæ in cœleſtibus theſauris recondita latebant, vti de eo teſtatus eſt ſanctus eius præcurſor, dicens: *Non enim ad menſuram dat Deus Spiritum.* Et rectè. Nam cùm honor vel dignitas illius naturæ, quam filium Dei aſſumpſit, redundatura fuerit in Deum ipſum, congruens certè erat ſacram illam humanitatem tanta ſanctitate, & perfectione dotari, vt nihil in ea inueniri poſſet, quod tantam Maieſtatem aliquo modo obſcuraret. Cùm ergò honor, & gloria filij cum matre ſit communis, ſecundum illud Scripturæ *Gloria filiorum Patres eorum*: neceſſariò fatendum eſt matrem filij Dei ſumma quadam dignitate, & ſanctitate ſuper omnes alias creaturas dotatam, & locupletatam eſſe. Si ergò decus, vel dedecus filij, pendet ab honore, vel dedecore matris, qualis eſſet filius ille, cui cum plena poteſtas eſſet, vel faciendi, vel eligendi quantã vellet, non eligeret matrem longè omniũ nobiliſſimã, & honoratiſſimã? Quare cum filius Dei ſolus hãc poteſtatẽ habuerit eligendi, vel faciendi Matrẽ ſuã: quis dubitet, ab eo electã vnam omniũ creaturarũ præſtantiſſimam, & honoratiſſimam: vt ſicut gloriabatur de Patre Deo, poſſet quoque meritò gloriari de Matre, atque ita ratio-

Ioan. 3.

Prou. 7.

ne vtriusque parentis appareret verè excellens & glorioſus. Tale ergo fuit hoſpitium, talis fuit hortus floridus, quem Spiritus ſanctus vnigenito Dei filio præparauit. Nec mirum talem locũ tali hoſpiti attributum: de eo enim ſcriptũ eſt, quòd habitet in hortis, & paſcatur intra lilia, nec requieſcat niſi inlectis floridis, & variis ac odoriferis virtutum floribus exornatis.

3. Conſidera, quomodo hæc generoſiſsima mulier, nõ ſolùm omnes alias fortitudine, & dignitate præceſſerit, ſed etiam ſupra omnes puritate, & innocentia quadam ſingulari ſpeciatim dotata fuerit. Legimus in diuinis literis, Deum creauiſſe primum parentẽ noſtrum Adamum è terra adhuc virgine, & pura, nõdum maledictioni ſubiecta. Vnde cùm primus ille parens noſter fuerit (vt loquitur Apoſtolus) forma futuri ſæculi, & ſecundi Adami Domini noſtri figura, congruentiſsimum certè erat Chriſtum, qui diuinæ ſuæ perſonæ dignitate infinitis partibus excedebat Adamũ, è terra puriſsima, & omnis maculę experte formari. Quæ verò alia fuit hæc terra, niſi Virgo Maria? quæ plena ſemper fuit benedictionibus, vt de ea loquitur Propheta; *Benedixiſti Domine terram tuam.* Ac rectè quidem vocatur terra. Vt enim terra noſtra diuerſos producit fructus in vſum, & vtilitatem hominum: Sic Maria Virgo produxit & peperit nobis illum benedictum, & ſublimem fructum vẽtris ſui, qui ſalu-

Rom. 5.

Pſal. 34.

ſalutem attulit toti mundo. Adhæc, ſicut prima mulier Eua, (quæ non minus fuit imago & figura ſecundæ Euæ Matris Dei, quã Adamus fuit Chriſti) à Deo producta eſt ex coſta Adami, tota pura, & innocẽs, omnis maculæ expers: ita cõueniens fuiſſe videtur, vt Mater ipſius Dei ſpeciali gratia immunis ſeruaretur ab omni macula, quã alioquin lege naturæ noſtræ corruptæ incurrere debuiſſet. Et ſi tantum bonum cõtigit illi, quæ inuentrix erat mortis, & mundo intulerat maledictionem; cur illud detrahemus Mariæ, quæ Mater fuit Regis vitæ noſtræ reparatoris? Legimus item Deum primo homini, cùm eum creaſſet, dixiſſe: *Faciamus adiutorium ſimile illi*, atque ita è coſta Adami Euam formaſſe, in omnibus & per omnia (quantùm eius natura poſtulabat) viro ſimilem. Quæ figura præcipuè conuenit in Chriſtum, ſicut & cętera omnia facta ac figurę veteris Legis. Etenim, cùm Deus decreuit filio ſuo vnigenito, pro redimẽdo genere humano aſſumẽdam eſſe carnem, ſimul etiam decreuit & prædeſtinauit, quæ deberet eius eſſe mater, & redẽptionis noſtræ cooperatrix. Atque vt ipſi, quoad fieri poſſet, ſimillima eſſet, omnes eas dotes, & prærogatiuas in eam contulit, quas nulli vnquam creaturæ puræ antè contulerat, & quæ Matri tanti filij congruebant. Vide igitur quàm hæc beatiſſima mater ſit ſimilis filio ſuo: nam ſicut ille eſt filius Dei, ſic & hæc licet *Geneſ.* 8.

dissimili modo: ille sponsus, hæc sponsa CHRISTVS simul Deus est,& homo, MARIA simul virgo est, & Mater. CHRISTVS est virgo,& Pater noster. MARIA quóque est virgo,& mater nostra. CHRISTVS est via, & porta, per quam ad nos venit salus. MARIA item est porta cœli, & porta lucis, per quam vita ingressa est in mundum,& per quam homines aditum habent ad cœlum. Itaque videtur admodum fuisse conueniens, vt sicut CHRISTVS fuit totus purus, & sine peccato conceptus: sic illa quóque, non iam per naturam, & ex debito (quod soli filio competebat) sed ex peculiari gratia,& priuilegio eiusdem sui filij citra omnem peccati maculam conciperetur. Si enim omnis creaturæ perfectio sita est in similitudine sui Creatoris, eóque perfectior est, quò & similior; non dubium est, quia MARIA Virgo, cum beneficio gratię perfectissima inter omnes creaturas euaserit, eam in omnibus autori gratiæ, cui in opere salutis nostræ, quasi cooperatrix adiuncta est, cæteris quòque similiorem fuisse. Denique, si summus ille sanctitatis, puritatísque amator à ministris materialis templi exigebat tantùm sanctitatem, & tot ritus purificationis, eóque maiorem, quò quisque præstantiùs, Deóque vicinius gerebat officium: cùm B. Virgo inter omnes puras creaturas, proxima DEO accesserit,

solo

ſolo nomine, & officio excellentiſſimo Matris Dei, conueniens certè fuit, eam puritate tantum hominibus & angelis anteſtare, quantò ad ipſum Deum fontem puritatis viciniùs acceſſerat.

4. Conſidera, quàm bene illi figuræ, & vaticinia veterum Patrum conueniant, & quàm illuſtre teſtimonium præbeant puritatis, & excellentiæ huius ſanctiſſimæ Matris: illa enim fuit felix, illa domus, quam pro ſua habitatione æterna ſapientia elegit, & fabricauit, & in qua diuinitatis plenitudo, non ſolùm ſpiritualiter, & ſecundum gratiam in animo, ſed etiam corporaliter in vtero habitauit. Hanc domum ipſe Deus ſeptem illis columnis fortiſſimis, ſeptem donorum Spiritus ſui ſancti, Sapientiæ, ſcilicet, Intellectus; Conſilij, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, & ſancti Timoris Domini fundauit, & ornauit. *Fundamenta eius in montibus Sanctis*, dicebat Propheta, loquens de beata domo, de hac ciuitate Dei, de hoc ſacrato templo, quod fundari debuit, non ſuper fundamẽta vilis, & abiectæ materiæ (ſicut ſua palatia fundare ſolent architecti huius mundi) ſed ſuper columnas ſolidiſsimas, ſupra mõtes, & lapides pretioſos, quẽadmodum legimus Salomonem in exſtruendo templo Dei, in fundamenta deieciſſe lapides admodum grandes, & pretioſos: vnde intelligere licet, prima fundamenta à Deo iacta, quãdo creauit, & fabricauit hanc do- 3. *Reg. 5.* 17.

mũ,non fuiſſe fragilia,aut ob peccati originalis fœditatem vilia,ſed ſolida,pretioſa & ſancta,ex ſpeciali diuinę gratiæ ſuæ dono:idq; admodũ erat conueniens.Nam in creatione mũdi,vt loquitur ſcriptura,cùm Dominus creaſſet terram, elemẽtum tam vile,vidit quod eſſet bonũ:ſic idem Dominus creans matrẽ ſuã,quę dignitate,& excellentia excedit non ſolũ,terrã,ſed etiam cęlũ ipſóſq; angelos,dici poteſt,quòd non viderit eam malã,hoc eſt, peccatricem, & maledictam, ſed benedictam, & ſanctam. Hæc eſt illa ſancta arca teſtamẽti fabricata ex lignis incorruptibilibus, tota auro puriſſimo circumueſtita,in qua recludi,& ſeruari debuit cæleſtis panis,illud dulciſſimum Verbi incarnati mãna; nam in ſacro illo corpore, animaque virginis nulla vnquã fuit peccati corruptio,ſed ſemper fuit innocens, ſemper quieta, & ſemper gratia plena,& inſtar regiæ virgæ Ieſſe fuit ſemper recta,& munda, ſine vllo culpæ origĩnis nodo,ſine cortice culpæ venialis,ſine
3.*Reg.*10. plica peccati mortalis. Hæc eſt thronus ille regius in quo ſeſſurus, & quieturus erat verus rex Salomon , quem dicit Scriptura fuiſſe magnum , & è candidiſſimo ebore, auróque admodũ fuluo fabrefactum. Magna verò fuit Maria , quia magnus eſt Deus,qui in illa factus homo quieſcit. Vnde hic myſticus thronus maior , & capacior fuit cœlo & terra , ſicut de eo cantat

Ec-

Ecclesia: *Quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera, factus homo.* Est quoque magna, quia sanctitate, & virtute longè excellit cæteras omnes creaturas, Illa est mons altissimus, alij verò omnes sunt quasi valles humiles, & abiectæ: illa est regina, & imperatrix cœli & terræ, reliqui autem comparatione huius sunt subditi, & tributarij. Erat hic thronus fabricatus ex ebore qui suo admirabili candore, robore, & frigiditate figurabat puritatem, fortitudinem, & innocentiam matris Dei: quis enim cãdor maior potuit esse Virginitate illa, quæ gratiosa sua specie angelos, totúmq; cœlestem exercitum in sui conspectũ allexit? Acquid esse fortius potest fortitudine, per quã Dominus omnis fortitudinis vicit, & fortẽ illum armatum spoliauit, qui toti mundo tyrannicè dominabatur? & quæ substantia potest esse frigidior illa, quæ virtute altissimi fuit obũbrata, & plenitudine Spiritus sancti conseruata, extincto in ea omni ardore, & peccati fomite? Deinde per autũ illud fuluum, mirificè collucens quo thronus hic erat vestitus, significata est precellẽs eiusdẽ Virginis charitas: qua charitate nõ modò superauit reliquos oẽs sanctos, sed etiã ipsos Seraphinos; per quã tantoperè placuit altissimo, vt ille voluerit de cęlo descendere, & carnem ex purissimo eius vtero suscipere: de qua ipsa loquens in persona Sponsæ dicebat: *Introduxit me rex in cellam vinariam, ordi-*

Cant. 2. *nauit in me charitatem.* De hoc throno dicit Scriptura, nunquam tale opus in toto mundo fabricatũ fuiſſe; atque ideò in huius beatiſsimæ Virginis laudem rectè canit Eccleſia. *Nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.* Vnde & conueniebat eã, quæ æterni verbi mater eſſe debuit tanta puritate nitere, vt poſt Deum nulla creatura eſſet maior, vel purior. Erat quoque Maria hortus domini delitiarum pleniſsimus, vndique concluſus, & ſeptus, in quẽ antiquus ſerpẽs nunquam intrauerat: nam vti Deus per Prophetam de Rege Aſſyriorum, qui vrbem Hieroſolimorum expugnare conabatur, dixit: *Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio, protegamq; vrbem hanc, & ſaluabo eam propter me, & propter Dauid ſeruum meum.* Sic Deus ſanctam Virginem præuenit in benedictionibus dulcedinis, eámque ab omnibus inimici infernalis inſultibus defendit; cuſtodiuitque vt non poſſet ſagitta mortali, veneno, ſcilicet, maculæ originalis lædi, quo dæmon confixerat, & infecerat totum genus humanum. Præterea erat hæc beatiſsima Virgo illa reſplendens Aurora, quæ inde ab initio ſui ortus, diuinis Solis iuſtitiæ radiis ita colluſtrata fuit, vt nulla vnquam caligine, nullis peccati tenebris offuſcata fuerit; ſicut de ea vaticinatus ſanctiſsimus Iob dicebat.

Cant. 4.

Eſaiæ 37.

Iob. 3. *Expectet lucem, & non videat, nec ortum ſur-*

surgentis auroræ. Nox illa obscura,& caliginosa nunquam ad lucem veri Solis Christi Domini nostri pertingat, in quam nunquam inciderunt, vel etiam incidere potuerunt peccatorum tenebræ: minus verò videat nascentis auroræ principium, quæ fuit Mater sua purissima, cuius conceptio per gratiam filij quoque pura fuit, & immunis ab omni macula. Adhæc verba illa,quæ dixit Deus ad serpentem,se inimicitias positurum inter ipsum,& mulierem, & inter vtriúsque semen, & ipsam mulierem contrituram serpentis caput, certum est in nullam aliam veteris vel noui testamenti mulierem conuenire, nisi in hanc sanctissimam,& potentissimam Virginem: quæ sola peculiarem inimicitiam cum antiquo serpente habuit, & sola sua eximia innocentia, humilitate, & prudentia, & multò magis beneficio benedicti fructus ventris sui illi caput contriuit. Hæc quoque est speculum sine macula, semper relucens, & resplendens; nulla vel minima peccati fœditate infectum,exemplar illud, & forma virtutum, sicut in persona eius scriptum est. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris,& agnitionis,& sanctæ spei, in me gratia omnis vitæ,& veritatis, in me omnis spes vitæ,& virtutis.* Hæc virgo beata denique est pulcherrimus ille flos Iericho,quę sine vlla peccati spina producta est; est candidum,& odoriferum lilium, cui comparatæ omnes mulieres aliæ possunt appellari

Gen. 3.

Sap. 1. 3

Eccle. 24.

Ibid.

Digitized by Google

Cant. 2. ſpinæ, ſicut de ea dixit ſponſus: *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*, omnes enim aliæ inquinatæ ſunt peccato, ſed ſponſa, & altiſſimi amica, tam in conceptione ſua, quàm in omni vita ſemper fuit pura, ſemper fuit ſancta, & inter omnes filias Hieruſalem gratioſiſſima.

5. Iam verò conſidera, cùm hæc B. Virgo ab æterno electa, & prædeſtinata fuerit, vt eſſet thalamus mundiſſimus æterni Regis, & diuinitatis ipſius digniſſimũ domicilium, quàm benè de ea ſcriptum ſit: *Prou. 8.* *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarũ.* Quamuis enim hæc verba propriè intelligantur de æterna ſapientia, tamen ab Eccleſia ſancta admodum conuenienter accommodantur B. Virgini, ob ſummã conformitatem, & vnionem, quam illa habet cum Chriſto Patris ſapientia, quæ ex illa carnem aſſumpſit, & in illa habitauit. O fœlix & fortunata mulier, in quam Deus optimus maximus inde ab ipſa æternitate oculos ſuos defixit: ſic vt ſemper in eius conſpectu fueris, ſemper ab eo tãquam re ſua poſſeſſa, & à primo conceptionis tuæ momento, vſq; ad vitæ extremum ab eodem aſſociata: quod Angelus quoq; verbis illis, quibus te ſalutauit expreſſit, di- *Luc. 1.* cens. *Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus:* Itaque alieniſſima ſemper fuiſti ab omni peccati macula, & omni maledictione. Nã qui grauibus peccatis obnoxij ſunt nec tecũ Dominum habent, nec à Domino poſſi-

possidentur, sed potius à Diabolo huius mũdi principe: nam vt ait Apostolus: *Qui facit peccatum seruus est peccati*, ac proinde & diaboli, Deinde sequitur in scriptura. *Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret*, id est, ab omni æternitate formata sum, & prædestinata. Sic apostolus loquẽs de se, aliisque sanctis dixit. *Qui elegit nos ante mundi constitutionẽ vt essemus sancti, & immaculati in conspectu eius:* quantò rationabiliùs de hac purissima Virgine dici poterit, eam à Domino ante mundi creationem electã, vt esset sancta & immaculata mater vnigeniti sui filij? Et si mysterium incarnationis, vt scribit B. Petrus à Deo ante constitutionem mundi præuisum & decretum est, & nouissimis tandem temporibus in salutem hominum patefactum: cur non etiam rectè dici poterit hãc beatissimam Virginem (cuius interuentu ineffabile hoc sacramentum compleri debebat) ante mundum cõditum præuisam, & postea extremis temporibus manifestatam? Sanctam ergo & immaculatã, vt dicit Propheta, decet esse hanc Domini domum, hanc ciuitatem Dei quam ante omnem aliam creaturam elegit in suum habitaculum, & suis manibus fundauit, sicut de eo testatur Propheta. *Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus*, quasi diceret. Quid miramini huius ciuitatis excellentiam? cùm ille ipse qui eam fundauit, voluerit eam in matrẽ eligere. Sequitur in

Rom. 6.

Ephes. 1.

1. Pet. 1.

Psal. 92.

Psal. 86.

ſcriptura. *Nondum erant abyſſi, & ego iam concepta eram.* Quæ verò aliæ ſunt hæ abyſſi, niſi abyſſi peccati, æternæ mortis & damnationis? in quas omnes Adæ filij, tum per noxam originalem, tum per actualem quotidie labuntur, & opus habẽt liberatore? Verùm Mater Dei concepta dicitur ante abyſſos, eò quòd antequam in illas incideret, à Domino fuerit præſeruata, & liberata, ſic vt ſine illis fuerit concepta, & abyſſi nihil amplius iuris in eam ſibi vendicarint, ac certè valde conueniens erat, vt illa, cuius filius alios debebat à peccato originali liberare, non eſſet eidẽ peccatõ obnoxia. Congruebat quoq; hominum creatorem, quandoquidem futurus erat homo, & naſci ex homine, eligere matrem ſanctam, & immaculatam, è qua ille velut immaculatus agnus in mũdum ediius, omnes purgaret, & mundaret à macula peccati: ſicut & illam voluit eſſe humilem, vt ipſe item mitis & humilis corde ex illa natus ſalutare harũ virtutum exẽplar hominibus relinqueret.

6. Conſidera denique cùm Deus in matrem ſuam Mariam omnium bonorum plenitudinem effuderit, & ſupra omnes creaturas ornârit & honorârit, quanto deuotionis affectu eam velit quoq; à nobis coli & honorari: Si quæ enim in nobis eſt ſpes, ſi gratia, ſi ſalus aliqua, ea omnis redundat ſuo modo ex plenitudine illius, vtpotè quæ omnibus chariſmatibus

cæ-

cœleſtibus ac delitiis affluat. Plurimùm verô nocuit humano generi vir vnus, vnáque fœmina: verùm Dei noſtri clementiſſimi beneficio, per vnũ item virum, vnámque fœminam damnum omne compenſatum eſt, & quidem maiori fœnore: nam huius beneficij magnitudo longiſſimè excedit grauitatẽ damni diuinus enim artifex Deus, opus ſuum deformatum, & debilitatum omninò in nihilum redigere noluit, ſed potiùs magno cum fructu refecit, conſtituens in locum veteris Adami diuinorum mandatorum tranſgreſſoris, obedientiſſimũ filium ſuum, & in locum peccatricis Euæ, Mariam virginem innocentiſſimam. Solas quidẽ Chriſtus verè ſufficiens fuit ad noſtram redemptionem: ab illo enim omnis noſtra ſufficiẽtia eſt. Sed tamen propter nos conuenientiùs fuit, vt ſicut in perditione, ita etiã in redemptione noſtra vterque ſexus concurreret. Verè potens Mediator inter Deum, & hominẽ eſt Chriſtus Ieſus, ſed vehementer in eo homines timent diuinã maieſtatem. Vnde opus fuit alio mediatore ad hunc mediatorem, nõ potuit autem excogitari opportunior vel vtilior Maria. Nihil ergò amplius habet humana fragilitas quod reformidet; nihil eſt quod hominem peccatorem retardare poſſit, quin confugiat audacter ad Mariam: in ea enim nulla auſteritas, nihil terribile apparet, tota ſuauis eſt & dulcis: mãſueta eſt, & humilis ad audien-

diendum omnes quotquot ad eam recurrerint : potens eſt ad omnem impetrandā gratiam, quam voluerit. Illa denique eſt, cui Deus claues cœleſtis theſauri conceſſit. Quid verò mirùm eam factam cuſtodē & diſpenſatricem theſaurorum eius? quæ facta eſt cuſtos vnigeniti eius filij? & ita quidem facta eſt, vt pro beneplacito ſuo cum tractare poſſet, nec ille aliud faceret, quàm matri collibuiſſet. Gubernat quidē Deus omnia per ſanctiſſimam animā atq; humanitatem Chriſti Saluatoris noſtri, tanquam per Eccleſiæ ſuæ caput, à quo omnes gratiæ, & dona ad cætera huius corporis myſtici mēbra deriuantur: ſed vult omnia quoque tranſire per manus Mariæ, quæ in hoc corpore eſt quaſi collum, per quod à capite velut fonte omnium chariſmatum, in nos, qui ſumus eius membra, omnes cœleſtium bonorum riuuli dimanant. Erant olim hominum pectora hoc influxu deſtituta omninò arida, & ſitibū-da, atque ideò antiqui Patres cœlum complebant eiuſmodi clamoribus: *Rorate cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem*, veniat fons viuus Verbi æterni, qui habitat in excelſis, & nobis ſuas ſalutares aquas cōmunicet: ſed quis erit aquæ ductus, quis canalis, per quem deriuentur aquæ, niſi iſta? in cuius perſona ſcriptum eſt: *Ego quaſi aqua ductus exiui de paradiſo.* Rectè autem dicit exiſſe de paradiſo: nam tota huius magnæ mu-

Iſa. 42.

lie-

lieris vita, inde à primis conceptionis initiis, vſque ad eius finem, potiùs cœleſtis fuit, quàm terrena. Hic fuit aquæ ductus ille, qui recepta è ſinu Patris diuini fontis plenitudine, illum nobis produxit, & cõmunicauit, vt illo deguſtato homines ſubleuarentur in cœlum. Vnde bene dixit Angelus: *Inueniſti gratiam apud Deum*, quæ gratia non eſt aliud, quàm Chriſtus ipſe, quaſi diceret: Inueniſti Deum apud Deũ, filium apud Patrem, illa enim eundem filium genuit, quem Pater ab ęterno genuerat. Meritò ergo de ea dici poteſt: *Quod venerunt nobis omnia bona pariter cum illa, & immunerabilis honeſtas per manus illius*: illa enim fuit prima quæ ſuo exemplo perſuaſit mundo virginitatem, & caſtitatem: & illa eſt cuius ope, & auxilio homines nobilem hanc virtutem obtinent, & in carne fragili, mundi, & puri ab omni macula conſeruantur. Ergo anima mea gratias age, gaude, & exulta in Domino, cui placuit facere Matrem tam puram, tam pulchrã, & tam ſanctam. Lætare cum eodem Domino tuo, ob ſummã gloriam, & laudem, quę inde in ſuam diuinam redundat Maieſtatem: tanta enim fuit eius bonitas, vt tantos donorum, & gratiarũ cœleſtium theſauros ſine vlla inuidia cõferre voluerit in vnã puram creaturam. Lætare deinde cum ipſa: nam cum Deus eam elegerit in matrẽ, digna certè eſt omni honore, omni gloria, omni exaltatione. Lætare deni- Sap. 7.

denique tecum, quia quicquid à Deo præstitum est huic benedictæ matri, id causa tuæ salutis factum est: voluit enim Deus eligere matrem in terra, vt carne ex ea assumpta, posset pro te pati, & te à dæmonis liberare tyrannide. Voluit esse totam pulchrã, & ab omni peccati macula immunẽ, vt Maiestati suę gratior faciliùs pro te impetrare posset quãliber gratiã. Voluit denique plenam esse charitate, vt in te, aliósq; peccatores magis esset clemens, & misericors, benignè recipiens omnes ad se confugientes: Non satis fuit tibi mi Domine, vt te nobis dares in Patrẽ misericordiarũ, & omnis consolationis, sed voluisti nos quoque habere matrem misericordiæ, vt in securo eius sinu, si quando ob lapsum aliquem ad eã perfugeremus, à iusta & paterna ira tua defenderemur, & custodiremur. Neque dubitamus eam pro sua reuerentia à te exaudiendam, cùm nihil minus facere possit filius, quàm vt exaudiat matrem, & pater filium dilectum. Quare, sicut Ecclesia in laudẽ Saluatoris canit: *Fœlix culpa, qua talem ac tantum meruit habere redemptorem*: ita poterimus dicere: *Fœlix culpa, qua talem, ac tantam meruit habere redemptoris matrem*, tam sanctam, tam potẽtem, tam misericordem.

COLLOQVIVM.

O Mater beatissima, ô virgo Virginum, quę omnes angelos puritate, & omnes San

Sanctos misericórdia excellis, oro te per immaculatam conceptionem tuam, vt, sicut Deus; quòd dignum esses Vnigeniti filij sui habitaculum, te puram, & ab omni macula immunem seruare voluit, sic ab eodem filio tuo impetrare mihi velis peccatorum meorum veniam, & simul gratiam impetrare, omnem vitam meam omni mentis puritate, cordis mũditia, & corporis castitate transigendi, vt merear cum omni deuotione tuas laudes prædicare, & in morte per benedictas manus tuas mundus, & ab omni culpa liber, Domino, & redemptori præsentari, ad colendum, & laudandum illum; & simul te matrem suã sanctissimam, per secula seculorum. Amen.

DOCVMENTA.

1. DOminus possedit me in initio viarum suarum. *Deus, quia noster creator est simul legitimus Dominus, & possessor noster est. Et tunc perfectè nos possidet, quando nos diuinis eius mandatis obsequimur, & in omnibus sanctam eius voluntatem præstamus. Vnde peccatores, qui præcepta Dei non obseruãt, sed voluntatem diaboli faciunt, & parent legibus mundi, potius ab ipso diabolo, quàm à Deo possidentur. Itaq; ô homo peccator, si tanta commiseratione moueris, dum vides corpus hominis à maligno spiritu obsessum tam diro cruciatu exagitari, habeas quoque commiserationem, oro, animæ tuæ, quæ à tot dæmonibus possidetur,* Prou. 8.

quo t

quot peccatis mortalibus illam inquinasti.

2. *Beatissima Virgo, quia semper à Deo possessa est semper pacem cum eius Maiestate habuit, & contra perpetuam inimicitiam cum damone. Hæc sunt signa, ex quibus homo potest cognoscere, sitne anima sua à Deo possessa. an à damone? qui enim Domino alicui seruit, necesse est, vt illum beneuolum habeat, eiq; obsequatur vel formidine pœnæ, vel virtutis amore. Quare quando quis sentit pium affectum erga Deum creatorem suum, cum desiderio illi placendi, atque in omnibus rebus voluntatem eius præstandi, cum delectatur cogitationibus, colloquijsque diuinis, seq; libenter occupat in rebus, quas nouit Deo gratas, quando conatur perturbationes animi sui coërcere, & tentationibus resistere, hæc manifesta signa sunt eius animam à Deo possideri, & inhabitari. Contra, quando quis magnam voluptatem capit ex rebus huius mũdi, dignitatibus, delitijs, & vanitatibus, quando sæpe de eiusmodi cogitat, loquitur, magnoq; studio, & sollicitudine illa sectatur, & desiderat: sermones verò de rebus diuinis, ad salutem animæ spectantibus audit cum mœrore, & amaritudine conscientiæ, hæc signa sunt, & indicia clara talem possideri, & regi non à Deo, sed à principe huius seculi, id est, damone.*

3. Ab æterno ordinata sum, & electa à Domino. *Si Deus ante res omnes elegit, & prædestinauit matrem suam ad tantam gloriæ dignitatem, ornando eam ijs dotibus, & priuilegijs, quibus nulla vnquam creatura cohonestata fuit: quid aliud inde colligimus, quàm omnes ho-*

homines debere eã poſt Deum ſupra omnes alios ſanctos colere, & honorare, ſuamq; deuotionẽ erga illam peculiariter declarare, & inter reliquos ſanctos in ſingularem aduocatam aſſumere, ac ad eam in omnibus tam corporalibus, quàm ſpiritualibus neceſſitatibus confugere?

4. *Scriptum eſt Dominũ de hac ſua ſanctiſſima matre dixiſſe.* In Iſraël hæreditate, & in electis meis mitte radices. *Hoc vnum è certioribus electionis, & prædeſtinationis diuinæ ſignis eſt, voluptatẽ aliquam ex dulciſſimis hiſce radicib. capere, hoc eſt, particularẽ erga beatiſſimã Virginem deuotionis affectum habere, eam omni ſtudio, quoad fieri poteſt, colere, & venerari, virgineasq; eius virtutes, ac præcipuè humilitatem, puritatem charitatem, & obedientiam imitari? ſecundum illud dictum ſapientiæ in perſona eius expreſſum.* Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Eccl. 24. Eccl. 24.

5. *Si Deus ab omni æternitate ſua elegit, & præparauit matrem ſuam cũ tantis dotibus, & priuilegijs, & ſpeciatim tam excellenti puritate, quanta nulli vnquam conceſſa eſt: cõcepta enim eſt ſine vlla peccati macula: & ſi à condito mũdo vſq; ad eius cõceptionẽ tot figuris, & vaticinijs eã adũbrauit, & prænũciauit, idq; eò ſolùm quod receptura, & corporaliter deportatura eſſet in vtero vnigenitum eius filium: quanta præparatione, & puritate opus erit illis, qui ſanctiſſimi Sacramenti beneficio in animis ſuis recepturi ſunt, illum ipſum Dei filium, qui deſcendit in vterum Virginis? Quàm mundum conuenit eſſe os illud, in quod ingreditur Deus, quàm pu-*

purum cor. & animam illam, in qua ipso Deus habitabit! Et si hæc puritas omnibus est necessaria, quanto magis Sacerdotibus Domini, qui nõ
Esa. 12. *solùm Deum in se recipiunt, sed quotidie etiam manibus suis tractant, aliisq; distribuunt. De his enim speciatim scriptum est,* Mundamini, qui fertis vasa Domini.

6. *Sicut Mater Dei fuit ab æterno electa, & prædestinata cum omnibus dotibus, quas Dominus illi communicauit: sic etiam ab æterno Deus constituit creare omnes homines, & simul præordinauit omnes gratias, & beneficia, quæ vnusquisq; deinceps à sua Maiestate recepit, aut recepturus est. Vnde colligimus, quàm immensa sit bonitas, & charitas Dei erga nos, & quàm magna sit ingratitudo nostra erga ipsum: nam ille inde ab omni æternitate, quantumuis scelera, & indignitetem nostram præuideret, cogitauit, & decreuit nos omnibus beneficijs afficere, quæ nos deinde recepimus, nos verò è contrario à vitæ nostræ initio non aliud, vel cogitamus, vel agimus, quàm quomodo Deum offendamus, & iniuria afficiamus.*

***

DE

Digitized by Google

DE NATIVITATE BEATISSIMÆ VIRGINIS MATRIS DEI,

MEDITATIO II.

EVANGELIVM.

LIBER generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius, &c. Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus. *Matth.* 1.

FIGVRAE.

1. *EVa data primo Adamo in ſociam, nata eſt tota pura,* *Gen.* 2.

Digitized by Google

ra, & innocens, à Deo ex ipsius Adami costa formata,

1.Reg.1. 2. *Anna sterilis suis orationibus à Deo impetrauit filium, quem se oblaturam in templum ad ministrandum Domino promisit.*

PROPHETIÆ.

Cant.6. 1. *QVæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?*

Num.14. 2. *Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israhel.*

Esa.11. 3. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.*

CONSIDERATIONES.

COnsidera quàm ingens fuerit lætitia, quam tantæ Virginis dies natalis attulit mundo, quantus splendor ei accesserit ortu huius noui Solis, multò ampliùs quàm Sol iste materialis resplendentis. Et primò quidem lætati sunt angeli, dum vident in lucem editam illam, quæ eorum erat ruinas restauratura. Deinde lętati sunt & homines, quia nata erat illa, per quam opus redemptionis generis humani erat complendum. Lætati quoque sunt sancti

ti illi Patres, qui ſedebāt in tenebris, cùm intelligerent illam in mundum veniſſe, cuius opera liberandi erant à tam diuturna duraque captiuitate: Verùm, & peccatores magnā lætandi cauſam habent: quia hodie ingreſſa eſt mundum illa, cuius interuentu remiſſionem peccatorum ſuorum conſequentur: ipſa enim eſt fons exundās pietatis, & mater omnium miſericordiarum. Cogita deinde ſpeciatim, quantùm gauiſi ſint eius parentes ſancti, Ioachim, & Anna, quòd poſt tot ſterilitatis annos in extrema ſenecta à Deo obtinuiſſent donum tam ſingulare pariendi vnam filiam tam ſanctam, tot virtutibus prædītam; debebat enim (quod iam à Deo eis erat reuelatum) omnibus mulieribus, quantumuis celeberrimis quæ ante eam vnquam fuiſſent, antecellere. O beati parentes, quibus tantùm debent omnes creaturæ; quia veſtra opera tam excellens donum, omni alij dono anteferendum oblatum eſt creatori: O beatus Annæ venter, qui peperit hoc nouum cœlum, longè ipſis cœlis capacius. O beata vbera, quæ meruerunt alimentum ſuppeditare nutrici eius, qui totum mundum alit, & paſcit. Gaudeant ergo, & cœli, & terra exultet; quia hodie portæ ſterilium aperiuntur, & diuinam illam virgineamq; portam pariunt, per quā ſolus Deus Opt. Max. tranſire debebat, & ingredi in mūdū. Exulta Anna ſterilis, quæ non pariebas, ac pariter exulta tu quoque Ioachine, quia *Ezech. 44.*

quia ex filia tua nascetur filius cuius nomen est Emanuel, hoc est, nobiscum Deus. Repleatur terra laudibus, & montes exiliant; quia hodie ortus est ille mons Dei altissimus, qui superat omnes alios montes, & colles: quia excedit omnem angelorum sumul, & hominum sublimitatem. Quo ex monte abscissus est lapis ille angularis, Christus Iesus, qui excisio dæmonis imperio suæ Maiestatis amplitudine totum mundum compleuit. Mons verè Dei, mons pinguis, mons coagulatus, in quo ipsi Deo habitare complacuit. O miraculum super omne miraculum: mulierè anteferri altissimis Seraphinis, & Deum mundo appatere ipsis angelis minorem. O filia sanctissima quæ maternorum verborum lacte nutrita es, & undique angelis circumdata. O filia, tam cara Deo, & tantum præstantibus tuis decus, & ornamentum, ab omnibus generationibus; (vti benè de te ipsa dixisti, prædicata, & fœlix pronunciata. O filia super omnes alias Dei digna, humanæ naturæ pulchritudo, & omnium mulierum ornamentum, quæ prudentia tua errarum primæ matris Euæ correxisti, & omnibus alijs fœminis viuum honestatis, virtutumq; omnium speculū fuisti. O rosa intra Iudaici populi spinas exorta, cuius diuina fragrantia, odorque virtutis per totum orbem terrarum diffusa est. O turtur castissima, cuius optata vox capta hodie auditi in terra nostra, omnes agna,

&

Isa.7.

Dan.2.

Psal.67.

Eccl.24.

i.

2.

3.

Powered by Google

& incredibili lætitia compleuit, quæque natali tuo die vniuerſæ hominũ ſaluti fœlix principium feciſti. Meritò igitur exultat Eccleſia ſancta, quia hodie ſponſi mater eius nata eſt, regina mũdi, feneſtra cœli, paradiſi porta, tabernaculum Dei admirabile, & ſcala illa cœleſtis, per quã ſupremus Rex exinaniens ſe deſcendit, & homo ad terram afflictus ſe erexit, & aſcendit in cœlum. Hodie quoq; apparuit ſtella matutina, illa aurora conſurgens quæ attulit iuſtitiæ ſolem ſuis radiis totum orbẽ colluſtrantem: ſtella illa de qua dixit Prophe-ta; *Orietur ſtella ex Iacob*: Hodie denique nata eſt illa pulcherrima Virgo, è cuius virginali thalamo tãquam ſponſus egreſſus eſt ſpecioſus ſupra omnes filios hominum. Exultemus ergo & nos, geſtiamus, & triumphemus, dicamúſque cum Eccleſia; *Natiuitas tua Dei genitrix Virgo, gaudium annunciauit vniuerſo mundo ex te enim ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter, qui ſoluens maledictionem, dedit nobis benedictionem, & confundens mortem, donauit nobis vitam ſempiternam.*

Apoc. 21. *Gen.* 28. *Num.* 24. *Pſal.* 19. *Pſal.* 44.

2. Conſidera quanta fuerit huius virginis nobilitas; nam eius progenitores tanto ſplendore natalium efflorũerunt, vt lõgiſſimè omnes alias ſtirpes, & proſapias licet clariſſimas exceſſerit, de qua nobilitate ſcriptũ eſt in perſona ipſius virginis. *Et radicaui in populo honorificato.* Vbi conſidera, populum, à quo quis originem tra-

hit. quatuor de cauſis poſſe dici honoratum. Primò ex nobilitate. Secundò ex potẽtia, & opibus. Tertiò ex ſapiẽtia. Quartù ex ſanctitate, quibus de cauſſis totus populus Iudaicus illuſtrior fuit cæteris omnibus. Et primò quidem ob nobilitatem generis, quia à magnis illis Patriarchis Abraham, Iſaac, & Iacob, qui prima populi Hebræi fundamẽta iecerũt, originẽ traxit, deinde conſequẽtibus tẽporibus à tot regibus, iudicibus, illuſtribus belli ducibus, è quibus Chriſtus Dominus noſter deſcendit, & ſecundum carnem natus eſt. Ad Abrahamum enim promiſſio illa
Gen. 21. à Deo facta eſt, quòd in ſemine ipſius (quod eſt Chriſtus) benedicerentur omnes gentes, & quia Saluator noſter ſubſtãtiam carnis ſumpſit ex beatiſſima Virgine, certum eſt illam quoque ex eadem Patriarcharum ſtirpe deſcendiſſe, & quidem è regia tribu Iuda per Dauid primum eius regem, ſicut bene dixit Pro-
Iſa. 11. pheta: *Egredietur virga de radice Ieſſe.* quæ virga aliud non fuit, quàm ſanctiſſima virgo nata ex ſtirpe Dauid, cuius Pater fuit Ieſſe. Deinde fuit hic populus in magno honore, ob ſummam eius tum in armis, tum in opibus potentiam, vti appa-
Pſal. 113. ret in eius exceſſu ex Ægypto: *In manu*
Ioſ. 2. *potenti, & brachio excelſo*, & in ingreſſu in terram promiſſionis, vbi duce Ioſue eiecit Cananæos, ſuiſque victricibus armis ſtrigiata reges expugnauit, & occidit; vt

omittam

omittã alias permultas victorias à varijs Regibus,& Iudicibus, vt refert Scriptura, ex hoſtibus relatas. Adhæc quãta opũ eius eſſet gloria,illuſtre teſtimonium ſuppetit ex eadẽ Scriptura, cõmemorante æuo Salomonis,in nullo pretio fuiſſe argentũ, vtpote cuius tãta fuerit Hieroſolymis copia quãta lapidũ,& arborũ ſylueſtrium; præter imminenſam copiã aliarum rerum, quibus populus ille abundabat. *3.Reg. 10.* Tertiò fuit populus hic celebratus ob ſapientiã: nam in cæteris nationibus,nõ niſi vmbra quædam ſapientiæ, eáque terrena tota & animalis exſtabat. Sed in hoc populo electo flaruit vera,& cœleſtis ſapiẽtia : quam nõ caro, & ſanguis,ſed Pater cœleſtis reuelauit, ſecundũ illud. *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt.* Hac diuina ſapiẽtia inſpirati ſancti Prophetæ multa vera dogmata pronunciârunt, hac imbutus ſanctus rex Dauid tot Pſalmos Prophetico ſpiritu, & cãtica in laudem Dei, Chriſti, & Eccleſiæ ſcripſit. Poſt illum verò filius eius Salomon tanta ornatus fuit ſapiẽtia,vt Regina Saba ex vltimis terræ finibus veuerit eius viſendi,& audiẽdi cauſa: & poſtquã vidit, & audiuit admirãda eius opera dicit Scriptura,quòd ex nimio ſtupore nõ habuerit vltra ſpiritũ. Denique in maximo hono- *3.Reg. 10.* re fuit hic populus ob ſanctitatem , & virtutum excellentiam : nam cùm omnes alij populi dediti eſſent immundo idolorum cultui,variiſq; flagitijs, & innumeris

Eccl. 1.

Digitized by Google

dæmonum ſuperſtitionibus, in hoc ſolo populo vera virtus, vera religio, veræque, & ſanctæ cæremoniæ, ac ſacrificia inueniebantur. Huic populo Deus viſibiliter è cœlo legem dedit, huic familiariter locutus eſt, & in omnibus rebus fauore, & auxilio adfuit. Vnde meritò dixit magnus ille dux Moyſes: *En populus ſapiens, & intelligens, gens magna: nec alia eſt natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes ſibi ſicut Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris.*

3. Conſidera etiamſi beatiſſima Virgo à ſuis antiquis Patribus ob tantas eorum prærogatiuas nobilitata fuerit: nihilominus illa ſuis excellentibus, diuiniſque virtutibus maiorem ſuis progenitoribus ſplendorem attulit, quàm ab illis recepit. Vnde ſicut pretioſa gemma annulo aureo inſerta auget eius lucem & ſplendorem, ſic excellentes, & amplæ illæ tam naturæ, quàm gratiæ dotes cum nobilitate ſanguinis in Maria cõiunctæ, totam eius ſtirpem multò clariorem illuſtrioremque reddiderunt. Similiter quòd ad potentiæ prærogatiuam attinet, in hac quoque virgine longè excellentior exſtitit; illa enim ſola vicit, & contriuit caput antiqui ſerpentis: cuius potentia tanta eſt, vt nulla potentia (vti ſcriptum eſt) in terra ei cõparari poſſit. Fuit quoque Maria omnibus opibus nõ terrenis, ſed cœleſtibus inſtructiſſima: hæ enim (vt dicit quidã ſanctus) ſunt

Gen. 3.
Iob 41.

ſunt veræ opes, quæ hominẽ locupletem reddunt, non auro, & argento, ſed virtutibus. Donum item ſapientiæ in hac digniſſima Virgine fuit copioſiſſimum, & longè præſtãtius, quàm in omnibus eius maioribus: fuit enim completa quaſi ſapientiæ pelago, quando verbum æternum, in quo reconditi erant omnes ſapientiæ, & ſcientiæ Dei theſauri, in beatiſſimum eius uterum deſcendit. *Gal. 2.* Denique quod ad ſanctitatem attinet, hæc beatiſſima virgo non eſt tantoperè nobilitata à ſuis maioribus, quantoperè illa ſua ſingulari, & excellenti ſanctitate illuſtrauit, & ornauit ſuos maiores, quanta enim ſanctitate præditam fuiſſe arbitramur illam è qua natus eſt ſanctus ſanctorum? illam, inquam, quæ penitus ſemper fuit munda corpore, & ſpiritu, & ab omni peccati macula libera, illuſtri quadam virtutum corona adornata? illam quæ antè ſancta fuit, quàm nata, ſuæque admirandæ ſanctitatis ſplendore longiſſimè omnem mortalem nobilitatem ſuperauit? Vnde liquet hanc auguſtiſſimã Virginem, non tam progenitorum ſuorũ nobilitate ampliorem gloriã accepiſſe, quàm ipſis potiùs maius decus, & ornamentum attuliſſe. Neque mirari debes, eam, quæ ex tam illuſtri progenie oriunda erat, in tanta paupertate vixiſſe, vt cùm eſſet Dominum orbis paritura, non inuenerit nec diuerſorium nec locum vllum in quo poſſet hoc cæleſte pignus deponere, niſi ſor-

didum quoddam ſtabulum, & contemptũ præſepium : nam ita ordinarat, & diſpoſuerat altiſſima prouidentia eius, qui gubernat omnia volens, vt exemplum daret hominibus viuendo, & moriendo in extrema paupertate. Pauperem quoque eligere voluit Matrẽ, vt quò profundior eſſet eius humilitas in vilitate ſtatus, hoc amplioris gratiæ capacior eſſet, & in cœleſti gloria eueheretur ſublimius : neque enim vnquã ſuprà omnes angelorũ choros exaltata fuiſſet, niſi infrà omnes homines humiliata fuiſſet. Verum conſidera ad quãtam humilitatem ſe filius altiſſimi propter te dimittere voluerit ; dum non ſolùm naſci vult ex matre, ſecũdùm mundi conditionem paupere, inopis fabri lignarij vxore, qui labore manuum victum parabat, verum etiam, cùm poſſet progenitores eligere iuſtos, & ſanctos, permiſit in ſacram ſuam genealogiam inferri multos peccatores. & ſceleratos, immò nullam in ea mentionem fecit mulierum ſanctarum. ſed tãtùm quarundam peccatricium, & infamium. Neque mirum eſt, eum dedecoris loco nõ habuiſſe, à Patribus peccatoribus originem ducere, cùm non puduerit eũ ignominioſiſſimè in crucẽ agi, & mori pro hominũ ſalute. Voluit quoque ea re demonſtrare, quantum amaret non iam peccata, ſed peccatores ; nam quamdiu in hac vita fuit, profeſſus fuit ſe ſpeciatim ad illos vocãdos veniſſe, & ideò cum

cum illis quoque ſæpius conuerſatus eſt, & comedit: immò illos facit cibum ſuum, vt illos diuini ſpiritus ſui participes faceret. O bonitas Dei ineffabilis, quot artibus vtitur ad inflammandos peccatores, vt confidenter ad ipſum confugiant, quandoquidem tales voluit habere progenitores. Quid igitur moramini ô peccatores? cur retormidatis adire illũ, qui cùm eſſet filius Dei, propter vos voluit fieri veſter filius? O anima infœlix, quam tot blãditiæ emollire nequeunt. O cor verè adamantinum, quod tanta amoris vi non frangeris, neque ad pœnitentiam commoueris.

4. Conſidera ſanctiſſimũ duciſſimúque B Virginis nomen, nam Maria variis linguis exponi ſolet. Primò, ſecundũ Hebræos ſignificat ſtellam maris, vel mare amarum. Secundùm alios, Dominam, vel, exaltatam. Rurſum iuxta alios, illuminatam vel illuminatricem, & populi Magiſtram. Et certè omnia hæc nomina, & illuſtres eorum ſignificationes optimè conueniunt in illam. Eſt enim illa clariſſima ſtella, quæ ex ſpeciali gratia inter huius turbulenti ſæculi vndas reſplendet. Hæc eſt ſtella ſtellarũ, cuius diuino lumine ducti homines, & confortati, ſecuri per hoc magnum & ſpatioſum mare ad cœleſtem patriã tranſeunt. Quæ ſtella ſi non eſſet, quid aliud ſupereſſet in mundo, niſi denſa caligo, vmbra mortis, & tenebræ *Eccl. 50.*

obſcuriſsmæ ? Conuenienter verò Maria comparata eſt ſtellæ ; nam vt ſtella in firmamento cõllocata eſt ſuper orbes planetarum ; ſic beata Virgo virtute , & perfectione altiſsima eſt, omniúmque aliorum Sãctorum ſublimitatem , ſiue angelorum, ſiue hominum excedit. Conuerſatio quoque eius ſemper fuit ſublimis, & cæleſtis, ſicut in perſona eius ſcriptũ eſt : *Ego in altiſſimis habitaui*, imò illa eſt ipſum cælum, in quo autor, & Dominus cælorum ſedem ſuam elegit. Præterea ſicut ſtella ſine vlla ſuæ perfectionis iactura radios emittit: ſic Maria ſine vllo Virginitatis ſuæ detrimento filium ſuum peperit : radij non imminuerunt ſtellæ claritatem ; nec Virginis integritatem filius. Hęc eſt nobilis illa ſtella orta ex ſtirpe Iacob cuius radius mundum colluſtrat, cuius ſplẽdor emicat in cælis, infernum penetrat; & per terram diffuſus potiùs corda, & mẽtes quàm corpora calefacit, conſeruat virtutes, diſsipat, & conſumit vitia. Hæc denique eſt illa illuſtris, & nobilis ſtella, quę ſupra hoc mare noſtrum exaltata, per eximia merita relucet , rariſq; virtutum exemplis totũ orbem illuminat. Secundò nomen Mariæ ſignificat mare amarum . O quot , & quàm amaræ fuerũt dolorum, & tribulationum aquæ quæ vſque ad tuam ſanctiſsimam animam penetrarunt ô Virgo beatiſsima, quàm magnis terroribus concuſſa fuit mens tua , quot doloris cultri tuum cor

Eccleſ.24.

Num. 24.

Ruth. 1.

cor transfixerunt? Verè omnes afflictiones, crucéſque martyrum fuerunt quaſi guttulę aquarum dulcium, ſed dolores tui, ô Regina martyrum, fuerunt quaſi mare ſpatioſiſſimum, & amariſſimum. Neque mirum. Nam ſicut tua charitas, & amor erga Chriſtum filium tuum, longè exceſſit omnem aliam charitatem, & amorem creaturarum: ſic dolor quem ob eundem filium tuum pertuliſti, omnem alium dolorem, omnéque martyrium éxceſſit. Tertiò hoc nomen Maria, interpretatur Domina, vel exaltata, & admodum congruenter: illa enim nulli puræ creaturæ ſubiecta eſt: quomodo enim poteſt ſubiecta eſſe creaturæ illa, quæ eſt mater creatoris? mater eius, qui eſt Dominus omnium creaturarum? Vnde, & quia genuit creatorem, & Dominum orbis, facta eſt Domina omnium creaturarum. Quare & in perſona eius rectiſſimè ſcriptum eſt: *In omnigente, & populo primatum habui.* Immò ſi dicere licet, non modò facta eſt omnium creaturarum Domina, ſed ipſius quoque creatoris: nam de Chriſto Domino noſtro ſcriptum eſt: *Et erat ſubditus illis*, id eſt, Mariæ matri ſuæ, & ratione illius etiam Ioſepho. Ac certè congruens erat, illam, quæ ſe humiliârat infra omnes, exaltari ſupra omnes, & fieri Dominam omnium, Imperatricem cœli, Reginam Angelorum, & hominum, immò vſque ad inferos, ſuper omnes aduerſarios

Eccle. 24.

Luc. 1.

Digitized by Google

imperium eius extendi, & dilatari. Denique hoc nomen Maria significat illuminatam vel illuminatricem, & magistram populi. Quòd enim lumen potuit deesse illi, tum pro ipsa, tum pro aliis quibus illud communicare poterat, in cuius sacratum ventrem fons lucis descendit, vera illa lux quæ de cœlo delapsa est ad illuminãdos homines in hunc mundum venientes: *Ioan.* 1. Hæc diuina lux prius illuminauit, & impleuit Matris mentẽ, quàm ventrem: prius illustrata est à Spiritu sancto pro sua instructione, vt ipsa postea esset illuminatrix, & magistra aliarum, & ideo rectè ei *Luc.* 1. dixit Angelus: *Spiritus sanctus superueniet in te.* Illa enim antè erat Spiritu sãcto ple- *Cant.* 6. na per suam sanctificationem, postea autẽ ipse Spiritus maiori abundantia illi superuenit, vt nos de eius plenitudine participaremus. Hæc est illa aurora, quæ prius illustrata à Sole, incipit luminis sui radios in terram extendere, hominésque excitare, vt à somno exurgant, & manum operi admoueãt. O quot peccatores somno peccatorum sopiti manerent, quot animæ interirent, si huius benignæ auroræ radiis non præuenirentur, & illuminarentur: vt operibus tenebrarum relictis, induerent se armis lucis, bonisque operibus vacarent, donec verus Sol Christus per gratiam suam in eorum cordibus renascatur? Maria igitur verè illuminata, & vera nostra illuminatrix ac magistra, cuius scientia & sapien-

Digitized by Google

ſapientia tanta exſtitit, vt Dominus ex hoc mundo diſcedens illam in ſuum locum ſubſtituerit, vt non modò Apoſtolorum, omniúmque fidelium eſſet Magiſtra, verùmetiam eſſet perpetua ſuæ Eccleſiæ lucerna, ad illam contra omnes huius mundi tenebras, & errores illuminandam. Itaque ſimilis eſt miraculoſæ illi columnæ, quàm legimus ducem fuiſſe populi Iſraëlitici per deſertum, interdiu quidē ſub forma nubis, vt eum tueretur aduerſus radios, & æſtum Solis: noctu verò in forma ignis, vt ſplendore ſuo illi cōmonſtraret iter. Non ſecus Maria hæc noſtra viua, & vera columna, omnibus nobis in hac peregrinatione verſantibus, eſt inſtar nubis, vt nos tueatur ab ardore diuinæ indignationis, & diabolicarum tentationum incendio. Eſt quoque columna ignis, ob multa miſericordiæ exempla erga genus humanum demonſtrata. Columna verè ignea, quæ non ſolùm in terra noſtrarum mentium tenebras diſpulit, pectorum noſtrorum glaciem diſſoluit, & corda diuino amore accendit: ſed in cœlo quoque illuminauit, & inflammauit angelos, ſuóque ſplendore vniuerſam ciuitatem Dei exhilarauit. *Exod.* 13.

5. Conſidera extrema verba, hoc eſt, *Iacob genuit Ioſeph virum* MARIAE, *de qua natus eſt* IESVS. In Euangelio tantùm fit mentio genealogiæ Ioſephi, & non CHRISTI: quia Dominus in

terra non habuit Patrem, sed tantùm Matrem: non conueniebat autem Genealogiam Matris describi, quia consuetudine Scripturæ virorum tantùm, & non mulierum Genealogiæ ratio habetur, licet in Genealogia virorum, mulierum quoque generatio contineatur. Erat enim mandatum Legis, ne quis nisi è tribu sua, & parentela vxorem acciperet. Quoniam ergò Ioseph originem habebat è tribu Iuda, perspicuum quoque erat Mariam sponsam suam ex eadem tribu, regiáque stirpe Dauid fuisse, ac proinde ex eadem quoque erat Christus Dominus noster ex ipsa natus. Nunc considera illa verba: *De qua natus est Iesus.* Vbi nota Euangelistam post nominatos in eius Genealogia, tot Patriarchas; Reges, & Prophetas, tandem sub finem, atque si omnium virtutum, & perfectionis, quasi summam vellet indicare, nominauisse sanctissimam Virginem, & addidisse, ex ea Christum natum: vt nimirum significaret, quemadmodum sola ipsa fuerat ad tantam dignitatem euecta, sic omnibus aliis sanctis in virtutum copia antecelluisse, quorum perfectiones in ea, tanquam in compendio sublimiori quadam ratione comprehensæ fuerint, sicut in persona eius scriptum est: *In plenitudine sanctorum detentio mea*, in plenitudine omnium perfectionum in sanctis existentium meum fundamentum collocaui. Quare necesse fuit,

Nu. 36.

Eccle. 24.

fuit, vt diuina Scriptura ſpecialem quorundam Sanctorum, vt S. Ioannis, S. Petri, & Pauli, &c. Faceret mentionem, vt eorum virtutes ac merita hominibus innoteſcerent: de hac autem excellentiſſima Virgine, ſi aliud nihil ſcriptum fuiſſet, quàm hæc verba, *De qua natus eſt Ieſus*, ſatis fuiſſet, ad intelligendum tot, támque eximias virtutes in illa collectas fuiſſe, quæ nulla humana lingua, ſed nec angelica explicari poſſint. Quæ enim ſanctitas, quæ iuſtitia, quæ religio, quæ alia perfectio potuit deeſſe Mariæ, quæ plena fuit ipſo fonte, authoréque diuinæ gratiæ? Vnde ſi hominum matres tantò maiori honore, & reuerentia dignæ reputantur, quò illorum filij celebriores, & maiores ſunt in mundo, quanto honore, & reuerentia digna erit, & omnibus anteferenda creaturis, è qua natus eſt non Rex, vel Imperator terrenus, ſed Deus Rex cœli, & Monarcha vniuerſi? Lætare ergo anima mea, quia in hoc die nata eſt noſtra Regina, imò mater noſtra: nam poſtquam Dominus tuus voluit naſcendo ex illa fieri noſter frater, illa pariter facta eſt noſtra mater. Et primò quidem eſt Mater, quia nos genuit, largiendo nobis per filium ſuum eſſe ſpirituale gratiæ, quod longè perfectius eſt eſſe naturali: quare meritò vocatur mater Eccleſiæ, & mater gratiæ. Secundò vocatur mater ob dignitatem, ſicut Superiores, & Maiores noſtros, à quibus

gu-

gubernamur, vocamus Patres: Illa enim est Domina nostra, & pariter angelorũ supra omnes benedicta. Tertiò illa est mater, ratione affectus singularis in nos, nã materno quodam pietatis affectu semper conatur nobis in omnibus necessitatibus adesse, & opitulari, & à filio impetrare omnia dona, & charismata ad salutem nostrã necessaria, speciatim autem solet nobis adesse in morte, ne à dracone illo infernali (qui illo temporis articulo grauiter solet esse infestus) rapiamur, & absorbeamur. Tu ergò anima mea, ne ingrata sis, & indigna tanta Matre, intimo cordis tui affectu te ad illam cõuerte, eámque velut dulcissimam, amabilissimámque matrẽ amore filiali ardenter ama: nec vnquam eam laudare, omniq; honore, & pietate reuereri intermitte, vt cùm demonstraueris te piam, & deuotam esse illius filiam, se quoque demonstret tuam esse bonam & misericordem matrem.

6. Considera, quoniam tanta est huius nobilissimæ Virginis perfectio, & excellentia, quam bene filiæ Hierusalem, quasi admirabundæ dixerint. Quæ *est ista, quæ oritur, quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?* Verè apparuisti in mundo: Virgo benedicta, instar resplẽdentis auroræ, quãdo tanto sanctitatis splendore in ortu tuo præueneisti splendorem Solis veri. Et meritò debuit claritas tua principium dare

Cant. 6.

diei

diei ſalutis, diei remiſſionis, & indulgentiæ,& illi diei, quam fecit Dominus, in qua tolli cœpit totius humani generis opprobrium,publicariq; pax hominibus bonæ voluntatis. Fœlix aurora, quæ tam fauſti diei fuiſti nuncia. Quàm bene diei cum tali aurora, & auroræ cum tali die conuenit? atque etiam quàm bene explesti officium auroræ? Nam Sol iuſtitiæ ex te naſciturus,ſuam natiuitatẽ præueniens, radios lucis ſuæ ante te emiſit, quibus illuſtrata poteſtates tenebrarum depuliſti ab Eua introductas, atque ita in mundum ſolem illum tantoperè ab omnibus gentibus deſideratum induxiſti. Auroræ quoque officium exercuiſti, quia ſicut aurora media eſt inter diem, & noctem ſolémque antecedit: ſic tu es fidelis mediatrix inter Deum,& peccatores, tuóq; ortu annunciaſti aduentum Saluatoris ex te naſcituri. De te etiam dicitur, quod pulchra ſis vt Luna, & meritò: nam ſicut Luna omnibus aliis ſtellis eſt ſimilior Soli, ſuóq; mirifico candore omnes vincit, atque etiam ob lumen à Sole acceptum nobis maiorem lucem cõmunicat: ſic tu,vt imago expreſſiſſima veri Solis tua puritate virginea inter mille ſtellarum Deo continuò aſſiſtentium myriades, ſuprà omnes gloriosè refulges. Luna luminis ſolaris particeps facta,noctis illuſtrat tenebras:tu quoq; clariſſimis virtutũ, quas Dominus tibi communicauit exemplis, homines ad

te

te imitandum prouocas, & noſtræ noctis caliginem luce tua diſpellis, qui enim tuis inſiſtunt veſtigiis, non ambulant in tenebris, ſed lumen vitæ inueniunt: imo tu multo pulchrior es Luna, quia tota pulchra es, & nulla macula eſt in te, quę tamẽ eſt in Luna. Denique electa es vt Sol, non vt noſter Sol, ſed vt verus Sol, huius ſolis
Cant. 5. creator: de quo, ſicut ſcriptum eſt, quòd electus ſit inter multa virorum millia, ſic tu electa es inter multa mulierum millia. Et ſicut Sol radios lucis ſuæ tam ſupra ſe verſus cœlum, & ſtellas, quàm ad inferiores terræ partes emittit, ſic tu beneficiorum tuorum ſplendore, non ſolùm terram adimples gratia, ſed cœlum quoque gloria. Homines enim in mundo gaudent ſe opera tua interueniente liberatos, & Angeli in cœlo, ſuum numerum te mediatrice reſtauratum. Poſtremò es terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Maximo enim timore, & terrore concuſſi ſunt tenebrarũ principes quando præter omnem morem, ſupráque humanæ naturæ vires contra ſe
Cant. 3. procedentem viderunt mulierem tot armorum generibus inſtructam, mulierem tam fortem, & in bello exercitatam, accinctámque gladio ſuper fœmur contra timores nocturnos, & in circuitu eius ſpiritalium, cœleſtiúmq; virtutum validiſſimũ exercitum. Tunc poteſtates illę infernales magno pauore, & formidine perterrefactæ procul dubio intra ſe dixere. Vnde tan-

tantum robur; vnde fortitudo illi maior quàm Euæ? fugiamus. Hi enim Dei sunt exercitus, & castra. Verùm tu ô nobilis bellatrix, prima omnium in hostẽ viriliter insiliisti, qui initio decepit, & vicit primã matrem Euam, illi contriuisti caput, illùm principio expugnasti; quare perterrefactus hostium exercitus, videns cæsum belli ducem, dilapsus in fugam se recepit. O quàm fœlix nobis fuit hæc mutatio Euæ in Mariam, mulieris imbecillis in tam fortem, matris crudelis in misericordẽ: Eua enim nobis fructum mortis porrexit; Maria verò fructum attulit vitæ. Eua comedens de arbore vetita, fructum dedit marito: cõtrà Maria nobis dedit panem Angelorum, illũ panem viuum de cœlo descendentem, vt det vitam mundo. Eua fuit mater carnis, mater peccati, exilij, omniſque miseriæ nostrę. Maria est mater spiritus, mater gratiæ, mater omnium misericordiarum, omniumque bonorum nostrorum. Eua iram Dei prouocauit, mortem hominibus attulit, & diuinam gratiam perdidit. Maria cõtrà nos Deo reconciliauit, vitam restituit, & gratiam ab Eua amissam inuenit. Eua fuit opprobrium, & dedecus omnium mulierum. Maria est omnium mulierum decus, splendor, & ornamentum. Eua ob superbiam suam victa est à dæmone. Maria autem sua humilitate vicit dæmonẽ. Denique omnes maledictiones, quæ culpa Euæ in caput nostrum reciderunt, omnes

Gen. 32.

Ioan. 6.

sunt

ſunt Mariæ benedictione ſublatæ,& antiquatæ. Quare verè de ea canit Eccleſia *Sumens illud Aue, Gabrielis ore, funda nos in pace, mutans Eua nomen.*

Cant. 6. 7. Iam verò cui rei poterimus te aſſimilare mater omnis pulchritudinis? quia omnium delitiarum hortus es, hortus ille vndique concluſus, nunquam peccato infectus. Tu es inſtar horculi affabrè conſtructi, hortus ſanctis aromatibus plenus, & manibus illius cœleſtis hortulani concinnatus, ac varijs pulcherrimiſque omnium virtutum floribus veſtitus: quorum odore ſuauiſſimo totam domum Dei comples,& confortas. O Maria viola humilitatis, liliũ caſtitatis,& roſa charitatis. Meritò in hoc hortulo tuo exortus eſt ſpecioſus ille ſupra

Cant. 2. omnes paradiſi flores, in quo requieuit Spiritus Domini. Tu verè es paradiſus Dei quia mundo produxiſti arborem vitæ: de cuius fructu, quicunque comederit, viuet

Eccl. 24. in æternum. Produxiſti item fontem viuũ ex ore altiſſimi prodeuntem, & per ſacrũ ventrem tuum ſcaturientem, qui in quatuor deinde partes ad rigandam totã terræ noſtræ aridæ,& deſertæ faciem diuiſus eſt. O quantùm genus humanum Mater ſanctiſſima tibi obtrinxiſti, quod meruerís eſſe aquæductus aquæ tã ſalutaris pro nobis. O lucidiſſima lampas, quæ tot homines illuminaſti,& exhilaraſti, tantumq; diuinæ gratiæ ſplendorẽ iucundo tuo Natali attuliſti ſedentibus in tenebris,& vm-

bra

bra mortis. O dulcis ô pia, ô verè amabilis Maria, cuius dulciſſimum nomen à dilectis tuis audiri non poteſt, niſi mirificè recreentur. Fuiſti quoque ô beatiſſima Virgo, ad imitationem tui filij, nomine nouo appellata, quod ore Domini nominatum eſt per angelum. quando tibi dixit. *Ne timeas Maria* Hoc ſanctiſſimo nomine te ornauit Pater æternus, quod poſt benedicti filij tui nomen eſt ſuper omne nomen, vt in nomine quoque Mariæ omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur huius benedicti nominis gratiam, gloriã, & virtutem; quia poſt nomen dulciſſimum Ieſu, nullum aliud ſub cœlo hominibus datum eſt, à quo tanta ſalus, tantumque præſidium humano generi prouenerit. Quare illa ipſa verba que tu dixiſti de dilecto tuo ſponſo, *Oleum effuſum nomen tuum*, poſſet quoque ille admodum conuenienter pronunciare de te, dicens: *Vnguentum effuſum nomen tuum.* Dulce enim nomen tuum aliud non eſt, quàm prætioſum vnguentũ, ex varijs aromatibus, cinnamomo, balſamo, & myrrha electa compoſitum, de quo ſcriptum eſt, quod per vias ſuauiſſimum ſpargat odorem. Rectiſſimè autem nomẽ tuum aſſimilatum eſt vnguento aromatico: nam vt vnguentum non ſolùm bonum odorem reddit, ſed etiã medicina eſt, quia calefacit, emollit, & confortat, eaſque partes, in quas effunditur, lucidas, & ſplendi-

Cant. 1.

Eccl. 24.

das

das reddit: sic glorioſum nomẽ tuum quoties nominatur, odorem ſuauem ſanctitatis omniumque virtutum reddit; ſimulque medicina eſt; immò inſtar opulentæ pharmacopolię eſt, in qua omnia antidota pro ſanandis cuiuſque generis morbis tam ſpiritalibus, quàm corporalibus continentur. Vnde ſi quando contingat hominem in ſe ſentire cor frigidum, & aridum, omni deuotionis deſtitutum affectu, vel rerum diuinarum ſenſu; & memor nominis *Mariæ* in mentem reuocârit rara virtutum eius exempla, mox ſentiet ſe interiùs accendi, & affectu deuotionis, imitationiſque deſiderio inflammari. Similiter, ſi quis conſuetudine praua delinquendi euaſerit induratus, & obſtinatus in malo, tactus autem, & illuſtratus vno huius ſtellæ radio inuocârit cum deſiderio ſe iuuandi, & è luto emergendi, hoc dulciſſimum nomen *Mariæ*, non dubium quin illicò, cum interna ſpe de ſalute concepta, emolliendum ſit eius cor, ipſe verò in brachijs, & ſinu huius ſuæ potentis, & benignæ aduocatæ ſe ſit depoſiturus. Adhæc quicunque in aliqua ærumna fuerit vel periculo, ſi ex corde inuocâtit hoc nomen potentiſſimum *Mariæ* continuò ad aſpectum huius lucis, huiuſque diuini præſidij totum ſe ſentit refocillari, & corroborari, omniſque triſtitię nubes mox euaneſcit, & ſerenitas conſolationis in animam reuertitur. Denique in omnibus tentationibus, & infirmitatibus ani-

animæ noſtræ,& in omnibus corporis noſtri neceſſitatibus, hoc ſanctum nomen vnicum remedium eſt,& refugium:nec vnquã vllus in vlla tribulatione exſtitit, qui ea cum deuotione inuocata ; præſens auxilium non ſenſerit.Poſtremò,vt partes eę quæ vnguento delibutæ ſunt,clare efficiũtur,& lucidæ;ſic omnes animę quę ſpecialiter huic ſancto nomini ſunt deuotæ,atq; hoc pretioſo , & odorifero vnguento ſunt inunctæ,quàm rogo , bellæ ſunt , quàm in Angelorum æquè ac hominum oculis reſplendent per mentis humilitatem, cordis puritatem,morumque ſanctitatem?

COLLOQVIVM.

O Virgo nobiliſſima , ô noſtra reſplendens aurora,quæ fœlici ortu tuo bonum illum nuncium attuliſti de noſtri veri Solis aduentu, Saluatoris nimirum tantoperè deſiderati, & ab omnibus gentibus expectati;oro te per hanc eximiam,& ſingularem gratiam,qua te elegit in ſuã *Matrem*,vt intimum veræ deuotionis erga te affectum mihi impetrare velis , & in meo quoque corde oriri, ac pariter ſalutari tui ortus luce totam animam meam reformare,mortificando meos ſenſus,mundando affectus , & ab omnibus terrenis cupiditatibus cor expurgando,amoreq; rerum cœleſtium illud accendendo,vt ita præparata , digna reddatur aduentu ſolis illius iuſtitiæ,

iuſtitiæ, qui ſicut non dedignatus eſt per te ad nos deſcendere, ſic quoque per te ad illum mereamur peruenire, & gloriæ eius in cælo participes fieri; qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

DOCVMENTA.

1. *Sicut ſtella, cui beatiſſima Virgo aſſimilata eſt, radios ſuos in vtilitatem totius mundi emittit ſine vlla lucis, & perfectionis ſuæ iactura: ſic nos ita vacare debemus iuuandis animabus aliorum, & occupare nos in Sanctis exercitijs charitatis erga proximum, vt non faciamus iacturam proprij Spiritus, & profectus: nam vt loquitur Dominus, parum prodeſt homini totum lucrari mundum, ſi anima ſua detrimentum patiatur.*

2. *Virgo beatiſſima comparata eſt aurorę, quæ lumine à Sole recepto diſpellit noctis tenebras: nã primo, dum ſolem iuſtitiæ conciperet, fuit ab eo maximis Spiritus ſancti donis illuſtrata: poſtea autem ipſum ſolem ſacro partu ſuo pro ſalute mundi foras edidit. Quare qui volunt lucem ſuam in publicum prodere, ſuumq; ſpiritum proximis in animarum ſubſidium communicare, debent primùm ipſi hunc ſolem concipere hũc que diuinum Spiritum: vt priùs hac luce illuminati poſſint, & alios illuminare: alioquin conueniet in eos dictum illud Domini.* Si cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in faucam cadunt.

3. *Et*

3. *Et si beatissima virgo ornanda sit ex tam nobili & regia stirpe, nihilominus Dei filius nō assumpsit carnem ex illa, quòd à tam illustrib. progenitoribus de scenderet, sed quia ex ipsa resultaret, respexit humilitat. Ancilla suæ virtutem sanctissimæ humanam superbiæ cornibus miles verò corde rispicere sicut scripti est* Deus superbis resistit, humilib. verò dat gratiā. 1. Pet. 5.

4. *B. Virgo qua ante mundum condium in æterna sapientia consilio electa fuit in Matrem Dei, licet ex stirpe regia oriunda fuerit, non ideò aut humana dapsi, aut laude celebrata fuit, aut opibus abundauit, & temporali prosperitate, sed in continua paupertate, & submissione vixit, multosq; in hoc mundo passa est persecutiones, & aduersitates variæ, & non dissimulo respondos honores, & voluptates huius mundi, & rerum terrenarum copiam fugiendam, Contra verò ad imitandam beatissimam Virginem, reprimenda, & contemdam ejus carnem nostram, & ejus anima ac corpore nostro cum interiter crucem Christi deportandam: nem si in hoc mundo confixi fuerimus gladio Mariæ, in altero quoque una cum illa æternæ fabricitatis dulcedine lætè refocillabimur.*

5. *Christus D. N. in hac genealogia vocatur filius Dauid: quia sicut Dauid ante quam ad regnum perueniret, passus est varias, enq; grauissimas persecutiones, multosque labores, & arumnas sustinuit, sic Christus antequam intraret in gloriam suam, plurimum laborauit grauissimasque afflictiones pertulit ab, vt intelligant, qui colaredes Christi esse volunt, impri-*

imprimis necessarium esse vt exhibeant multas tribulationes sibi perferendas, & instar muliebris parturientis maerores, dolores, & perferendos, vt demum, eli Christo ipso latari, & regnare possint. 6. Christus D. N. volens in genealogia sua multos viros malos, & mulieres peccatrices, nec etiam nonnullos pauperes figuliarum lo specimen, & suam sanctissimam matrem nominari. Hoc discrimen est inter spiritum huius mundi, & spiritum Dei; quod homines mundani sanctum gloriemur de honoribus, dignitatibus, & aliis temporalibus: sed homines spiritualis potius gloriantur in sua infirmitate, & ignominia, immo pudet eos in alia re gloriari, quã in cruce Christi, hoc est in sua contemptu, & vmbilicatu. 7. Esse Christum D. N. eiusq; matrem sanctissimam, multos ex maioribus sua parturiuisse, & pios, partim scelerates, & infames habuerint, nihil tamen inde de ipsorum honore, & gloria accesse est denegãs. Vnde colligimus non parentum sanctitatem vel dignitas, sed propriam virtutem, vel vitia cuiusq; hominis vel honorem vel dedecus efficere. Quare nec debent filij, aut nepotes se extollere ob maiorum suorum gloriam, nec etiã pudefieri, ob eorum vilitatem, vel infamiam, si sua vita pia, & sancta beata, moribus debent comparare bonam famam, & existimationem. Si enim ipsi fuerint virtute praditi, non vitiatum maiorum suorum obfuscabuntur, nec prauis virtutum via vllo modo inquinabuntur: sicut contra si parentes sanctis fuerint, nihil eis proderit dignitas vel sanctitas suorum antecessorum.

DE

Digitized by Google

DE PRÆSENTATIONE BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ MATRIS DEI.

MEDITATIO III.

SCRIPTVRA.

SOror noſtra parua, & vbera non habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt? Si murus eſt, ædificemus ſuper eũ propugnacula argẽtea, ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, & vbera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. *Cant. 2.*

FIGVRÆ.

1. REx Aſſuerus, cum edicto publico per omnia regna ſua *Eſther. 2.*

Digitized by Google

mandaſſet omnes puellas virgines quæ ſpecie, & pulchritudine cæteris præſtarent ad ſe adduci; inter eas quoque oblata fuit humilis Heſther virgo Hebræa, cuius admiranda pulchritudo, honeſtiq; mores ita placuêre Regi, vt eam elegerit in ſpõſam ſuam, & Reginam.

1.Reg.1. 2. *Anna mater Samuelis, cùm in ſenectute ſua hunc filium precibus à Deo obtinuiſſet, eum ablactatum, ac trium annorum puerulum in templo obtulit in miniſterium Domini.*

PROPHETIÆ.

Pſal.44. 1. *AVdi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiſcet rex decorem tuum.*

2. *Adducentur Regi Virgines poſt eam, proxima eius afferentur tibi, afferentur in lætitia & exultatione, adducentur in templum Regis.*

3. *In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.*

CON

Digitized by Google

CONSIDERATIONES.

VEtus, & ſolennis ſynagogæ conſuetudo erat, vt virgines aliquę & viduę, quæ ex ſpeciali deuotione æternarum nuptiarum deſiderio inflammatę, perpetuam continentiam ſeruare ſtatuiſſent, in ſeparatum, & peculiarem quendam templi locum qui erat inter altare, & ſanctuarium recluderentur, vt ibi commodius aſſiduis orationibus, ieiuniis, aliiſque pietatis officiis vitam ſanctam religioſamque inſtituerent, & facilius pudicitiam ſuam cuſtodirent, vti legimus in Euangelio feciſſe illam B. Annam Phanuëlis quæ *nunquam diſcedebat à templo, ieiunis & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die* Similiter Ioachin & Anna ſanctiſſimi Beatæ Virginis parentes cùm poſt diuturnam ſterilitatem à deo hoc donum tantoperè deſideratum obtinuiſſent, & iam benedicta puella triennis eſſet, eam Hieroſolymam in templum deduxerunt: ibíq; (vti erant voto obſtricti) magna reuerentia diuino cultui obtulerunt. Ibíque deinceps inſtar Samuëlis à Sacerdotibus inter alias ſanctas locata, & educata fuit. Quæ oblatio, partim ob ſingularem ipiorum parentum eam offerentiũ pietatem, partim ob bonã Virginis oblatæ, deuotámq; voluntatem, qua ſeipſam vltrò dedicabat ſuo creatori, nõ potuit non eſſe domino gratiſſima, &

simul in cœlo nouum,& maximum angelicis illis spiritibus conciliare gaudium. Si enim tantum gaudium, teste Scriptura, in cœlo est, de vno peccatore pœnitentiam agente, quantum putamus gaudium exstitisse hac die, qua Domino se obtulit illa, cuius præsidio,& opera tot redimendi, & ad salutem perducendi erant peccatores? Valde autem conueniens erat illam, quæ electa fuit vt conciperet Dominum templi, in templo, eiusdem Domini seruitio cõsecrari, ibi in sacris literis instrui, & sanctis exercitijs pueritiæ suæ annos expendere. Ac certè ita vitam instituit suam in illo loco sancto; ita omni virtutũ studio floruit, vt non solùm sodalibus, sed alijs omnibus Virginibus, quæ in nostris templis se Deo consecrant,& deniq; omnibus religiosis illustre,& eximium quoddam exemplar exstiterit. Nam ab hac matre, & magistra Virginum discunt libẽter volentes à primis adolescentiæ suæ annis amplecti, & portare iugum Domini: discunt respuere nugas, & inutilem conuersationẽ deserere, discunt serio omnia verba sua, & facta ad normam perfectæ vitæ conformare, discunt mundo, amicis, & cognatis plenè renunciare; & voluptates ac noxiam licẽtiam vitæ sæcularis in studium spiritale, sanctumque Domini cultum commutare. Denique discunt conspectum hominum fugere, ac Deum eiúsque Angelos præ oculis semper habere,

omni

omni in loco reuerentiam illis, velut ſpectatoribus, & caſtitatis ſuæ conuerſationiſque teſtibus, exhibendo.

Secundò, fide dignum eſt, hanc benedictam puellam, vti ab infantia ſemper fuit Spiritu ſancto plena, ſic in ea vſum quoque rationis anticipatam fuiſſe. Vnde, vt primùm aliquid audire cœpit de Deo creatore ſuo, & intelligere ſimul etiã cœpit illum ſuper omnia amare, & reuereri, caucreq; ne quid, vel verbo, vel opere cõmitteret, quo diuinam eius Maieſtatẽ offenderet. Poſteà verò cùm didiciſſet Deũ ipſum fore mundi Redemptorem, & ex Virgine naſciturum, tanto amore accenſum fuit cor eius erga ipſum vt donec ipſ aliud neq; cogitare, neque deſiderare poſſet: ſpeciale autẽ, & ardens deſiderium habere cœpit, tantam in vita ſua obtinendi gratiam, vt poſſet aliquãdo frui Saluatoris, & Meſſiæ præſentia, & pariter puriſſimæ, & auguſtiſſimæ eius matri aliqua in re ſeruire. Quare in ea amor, & ſtudium caſtitatis tantum incrementum accepit, vt à prima illa ætate, quemadmodum piè credi poteſt: in corde ſuo conſtituerit, atque etiam vouerit ſe perpetuam Virginitatem (ſi ita Deo placuiſſet) obſeruaturã, nec quidquã proprium in hoc mũdo poſſeſſurã. Vnde cùm probè noſſet, quod votum à parentibus factum eſſet, dum ipſam in templo trimulam offerrent, ipſaq; in animo ſuo decreuiſſet, & vehementer

deſideraſſet, non corpore modò, ſed etiam corde & ſpiritu ſe dedicare diuinæ voluntati, perpetuóque Domini ſeruitio, ardẽti deſiderio flagrabat, vt citò illud præſtaretur, ſecúmque idẽtidem verba illa repe-
Pſal. 121. tebat: *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi,*
Pſal. 44. *in domum Domini ibimus. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ?* vt celeriter poſſim auolare, & requieſcere in loco tabernaculi admirabilis, in loco ſancto Dei? Itaque cũ tempus aduenisſet, quo à religioſis parentibus ſuis ducta fuit in templum, contemplare, quo modo ſapiens illa puellula prudens, & humilis illa virguncula incesſerit, vultu maturo, paſſu graui, brachijs complicatis, oculis in terram deiectis, mente autem erecta in cœlum. Ibat, vel potiùs ferebatur deſiderij, & amoris in Deum pennis: Si enim amor quo cognatã ſuam Eliſabeth complectebatur, effecit vt tanta feſtinatione per montana Iudææ diſcurreret, quanta putamus eam celeritate & velocitate nunc progreſſam fuiſſe, cum non creaturæ, ſed ipſius creatoris & Domini ſui amore impelleretur & trahęretur? Proxima verò templo cogita, quanta deuotione, puris oculis, manibúſque in cœlum ſublatis illa verba Prophetæ recitauit, *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.* Deinde quanta vi ſpiritus, ſola, à nullo adiuta, quindecim Templi gradus aſcenderit. Nec mirum fuit, tanta facilitate & tele

elevitate in templum tam altum euasisse illam, quæ per omnem vitam nulla alia in re se exercuit, quàm in ascendendo de virtute in virtutē: quæque contēptis omnibus rebus caducis, & terrenis totam mētem suam, omnésque cogitationes defixas habuit in altitudine cœlorum. Ergò vidisses hic in templum materiale ingredi tēplum magis spirituale & viuum: in quo templo alio quodam modo magis sublimi, quàm in templo Salomonis, corporaliter habitura erat ipsa plenitudo diuinitatis. Vidisses quoque in ingressu huius magis veræ, & viuę arcæ Dei in templum, vt collocaretur in sanctuario: longè excellentiora lætitiæ & exultationis, & triumphi signa dari in cœlo à Sanctis Angelis in conspectu Dei, quàm cùm Rex sapientissimus Salomon, cum toto populo Israelitico introduxit arcam testamenti in templum, eámque in tabernaculo sub alis Cherubin collocauit. Vbi considerare potes, quomodo filius Dei è sācto propitiatorio humilem virgunculam ab ęterno in Matrem ab ipso electam conspiciens, internis amoris vinculis eam ad se attraxerit, loquens illi ad cor. *Veni in hortum meū soror mea sponsa, veni electa mea, ponam in te thronum meum.* Cant. 5. Considera ex alia parte, quomodo sancti Angeli, quos non latebat dignitas, excellénsque puritas huius Virginis illam inspicientes de cœlis, inter se dixerint. *Quæ est illa, quæ ascēdit vt virgu-* Cant. 3.

lis fumi, ex ſuauiſſimis aromatibus myrrha & thuris, & uniuerſi pulueris pigmentarij! Erat illa quidem inſtar fumi in oculis mundi obſcura omnis ornamenti, & claritatis mundanæ contemptrix. Erat etiam virguncula, nõ ſolùm ob puerilẽ ætatem, ſed quia in oculis ſuis erat paruula, per profundam humilitatem: virgo parua, ſed rectiſſima, nullo peccato flexa vel diſtorta: erat odorifera, & ex diuerſis aromatis, ob rara virtutis exempla cõpoſita. Præcipuè autem reddebat odorem mirrhæ, ob perfectam carnis omniúmque paſſionum mortificationem: nec non, & thuris, ob ſuam ſingularem deuotionem, & altiſſimam contemplationem. Itaq; poſt oblatam Domino hanc gratiſſimam oblationem, illa quaſi oliua fructifera in domo *Pſal. 51.* Dei plantata, & diuino ſpiritu impinguata produxit pulcherrimos omnium virtutum fructus ſicut congruebat illi, quæ in ſuo vtero ipſum Deum concipere debuit. *Cant. 3.* Quare tantũ vicit ſeipsã & in perfectione gratia diuina eoúſq; profecit, vt breuiſſimo tẽpore meruerit eſſe tẽplum ſanctũ, & admirabile, in quo altiſſimus Deus elegerit conſtituere ſuam habitationem.

3. Itaq; hæc ſanctiſſima Virguncula in ſacro illo loco, non ſolùm cum admirabili fructu, ſed etiã cũ ſingulari animi ſui voluptate, & cõſolatione primos ætatis ſuæ annos impẽdit. Erat enim remota ab omni huius mundi ſtrepitu, credens ſe viuere

in

i quodam paradiſo. Vnde fugiens inſtar
uriſſimæ columbæ, quæ deſertis locis
ordidis perfugium ſuum habet ad tecta
ublimia, vt ſeparata non corpore modò,
ed etiã mente ab omnibus curis, & rebus
errenis, poſſit ſtudio virtutum vacare, e-
egerit in templo, vt fas eſt opinari, locum
eliquis ſecretiorem, vt ibi in conſpectu
Dei, & Angelorum commodiùs poſſet a-
perire cor ſuum, & adorare Patrem in
ſpiritu, & veritate, maioriſque pace, & qui-
te conuerſari ſola cum ſolo illo, in cuius
beatificum vultum deſiderant Angeli re-
ſpicere. Hic perpendere potes, quot gemi-
tus inenarrabiles è pectore extraxerit di-
uinus amor, quò Virgineum illud cor inde
à tenera ætate ardebat, & languebat? quot
dulces lachrymas ex oculis eius expreſſe-
rit? O quæ flammæ illæ eſſe debuerunt,
quas noctu diúque ſentiebat in ſe, quales
funiculi ardentiſsimæ charitatis, quibus
Dominus quotidie illam magis, magiſq;
attrahebat, & huic ſuæ ſpecioſæ amicæ v-
niebat, quàm inter mille elegerat, nec vl-
la in terris ea cariorem habebat. Hic
conſidera quam ſublimes fuerint eius cõ-
templationes, quàm demiſsè ſe in oculis
Dei humiliârit, quàm ardentia, & efficã-
cia deſideria habuerit, promouendæ im-
primis gloriæ creatoris, & ſalutis anima-
rum, quámq; inflammata, & affectu plena
fuerint verba illa, quibus nõ modo nubes,
ſed cœlos, & Patris cæleſtis pectus pene-

trabat. Vnde fiebat vt ob ſummam voluptatem, & infinitam dulcedinem, quam ex omnium bonorum fonte illo trahebat, omnium rerum, atq; adeò ſui quoq; ipſius oblita ſæpe illa verba iteraret. *Quis mihi det te fratrem meum, ſugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & oſculer te, vt iam me nemo deſpiciat.* Nullus enim patriarcharum, aut prophetarum vnquam tam ardenti deſiderio aduentus Saluatoris, & redemptoris generis humani flagrauit, ac hæc pretioſiſſima Virgo: Vnde ſi ſanctus ille ſenex Simeon ob hoc ipſum deſiderium meruit, non ſolùm oculis ſuis videre, ſed etiam tangere, & ſuis brachiis complecti Saluatorem, mirum, hanc beatiſſimam Virginem, quæ ſua ignita charitate, non ſolùm ſuperauit illam Simeonis omniúmq; hominum, ſed etiam ſupremorum Angelorum charitatem, factam dignam, vt non ſolùm videret, verumetiam in vtero ſuo cum conciperet, & fieret eius Mater? vtinam fas fuiſſet alicui videre internos oculos huius virgunculæ, huius ſimplicis columbæ, quomodo eos ſemper habuerit coniectos in cœlum? deinde intellectum illum plus illuſtratum, quàm ipſorum Cherubinorum, ac voluntatem illam multò ampliùs accenſam quàm Seraphinorum. O quomodo penetrabant, & inflámabant cór ſponſi cœleſtis? Vnde illi rectè dicit de illa: *Auerte oculos tuos, quia ipſi me auolare fecerunt.* Et valde benedixiſti

Cant. 8.

Cant. 1.

Cant 6.

Do-

Domine mi: tam enim potentes fuerunt oculi ſponſæ tuæ, vt te fecerint auolare de cœlo in terram ex ſinu Patris in vterum, & ſinum humilis virguncułæ.

4. Iam verò ſigillatim expende virtutes, mores, & exercitia ſancta, in quibus hæc benedicta virgo toto tempore à quo fuit in templum oblata, vſque ad deſponſationem cum Ioſepho factam, ſe exercuit. Et primò, ſicut referunt quidam ſacri doctores, ſolita erat diem in tres partes diuidere. In quarum prima ſecundum conſilium Domini: *Primùm quærite regnum Dei*, à prima aurora vſque ad horam tertiam, totam ſe dabat exercitiis ſpiritalibus, tractans cum Deo, & occupans ſe in orationibus, & contemplationibus ſanctis. A tertia deinde vſque ad nonam pro ſeruitio templi occupabat ſe operibus exercitiiſq; externis fœminarum propriis. Poſtremò poſt horam nonã ſumpto cibo corporali, qui erat admodum ſimplex, & moderatus, totũ reliquũ tempus ponebat in lectione ſacrarum literarũ: atq; ita intenta erat rebus diuinis, vt non cõtemneret humanas, perfectè amplectens vtrumque officium Marthæ, & Magdalenæ. Vbi conſidera, quàm bene obſeruarit conſiliũ Prophetæ: *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuũ, & domum patris tui.* Vide, & expende, conferens in corde tuo audiẽda, & propter Deum relicto mundo, patre, & matre, attende tibi ipſi, nullâque

Matth. 6.

Pſal. 44.

cogitatione rerum externarum ſinas te ab eo diſiungi. Magna verè fuit quorundam Sanctorum deuotio, magnus affectus, quem in Deum, diuináſque res habuêre? At virgo ſanctiſsima deuotionis ſenſu in Deum, excelluit omnes quotquot fuerunt, vel aliquando futuri ſunt, ſanctos. Et
Actor 9. ſi Sanctus Paulus, quia à Deo electus fuit, & præparatus in vas electionis, vt portaret ſanctum nomen eius coram gentibus, Regibus, & filiis Iſraël in oratione raptus fuit in tertium cœlum: vbi vidit, & audiuit res tam arcanas, quas non licet homini loqui, quos affectus, quas mentis eleuationes exiſtimamus fuiſſe huius diuinæ Virginis, quàm Deus elegit, & præparauit, vt portaret non iam nomen Dei, ſed ipſum Deum carne veſtitum in vtero ſuo ſanctiſſimo, vt illi tot annis miniſtraret, vt toti mundo colendum, & adorandum proponeret? Dubium igitur non eſt, quin illa ſæpius Angelorum præſentia, diuiníſque perfruita ſit colloquiis, quibus multorum myſteriorum, arcanorúmque cœleſtium particeps facta ſit, licet illa, vt humillima, apud alios has Domini viſitationes diſſimulârit, repetens intra ſe
Cant. 2. verba illa ſponſæ: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Deinde, quod ad virtutes heroïcas attinet, quoniam ſanctiſſima hæc Virgo celebrem illam Dei ſententiam per Prophetam enunciatam! *Sancti eſtote, quia*
Leu. 11. *ego ſanctus ſum*, ſtudiosè legerat: nullus

VII-

vnquam fuit in mundo, qui tam accuratè, atque illa diuinum hoc mandatum præstiterit. Prima ergò virtutum, in quibus à prima ætatula se exercuit, fuit singularis humilitas, qua nunquam se vlli creaturæ anteposuit, sed seruiuit omnibus, & inferiorem se omnibus reputauit. Huic humilitati coniunxit obedientiam. Nam propriis parentibus, maioribúsque suis ita se subiecit, ita reuerita est, vt nulla in re etiam minima eos offenderit, vel contristârit. Adhæc, dum puellula adhuc esset, tantam prudentiam, moderationémque animi declarauit, vt nihil vnquam puerile vel dixerit, vel egerit, vnde offendi aliquis posset. Præterea in hac fortissima Virgine eminuit super omnes virtus illa, quę est victoria nostra, nempe firmissima quædam fides: præualuit legis charitatis plenitudo: in qua longè superauit omnes creaturas: eminuit nobilissima virtus iustitiæ, stipata excellenti religione, & pietate in Deum, & res sacras: eminuit quoque virtus illa, quæ in terra repræsentat vitam angelicam, hoc est, summam, & perfectam puritatem. In omnibus etiam aduersis rebus, fuit robore, & animi constantia plus quàm virili. Fuit & magna amatrix paupertatis, nihil proprium possidens, & de labore manuum suarum viuēs: circa vestitum autem consilium Apostoli sedulò obseruans: *Habentes victum, & quibus tegamur, his contenti simus.* Vnde & tam sobria

2. *Tim.* 6.

ſobria, & temperans in cibo ſumendo fuit, vix vt naturæ neceſſitati faceret ſatis. In ieiuniis, & vigiliis erat admodum aſſidua, nec antè aut cibum ſumebat, aut requiem oculis ſuis dabat, quàm neceſſitate adigeretur. Quare, & corpori curando vacabat potius, ne ſibi conſciſceret mortem, quàm vt ſatisfaceret ſuæ cupiditati, & ſenſui. Nunquam apparebat in publico, niſi religio, & charitas ita poſtulaſſet: & tunc quidem non ſine honeſto ſuorum parentum comitatu prodibat. Fugiebat item omnẽ aſpectum, & colloquiũ hominum: ac denique tanto ardore, taliq́ue modo omne virtutis officium præſtabat, vt non tam ipſa diſcere, quàm potiùs alios docere videretur. Talis igitur Maria ab Euangeliſta deſcripta eſt, talis ab Angelo reperta, talis pro filij Dei Matre à Spiritu ſancto electa.

Cant. 8. 5. Conſidera illa verba Scripturæ: *Soror noſtra parvula eſt*, quàm bene in hanc ſanctiſſimam puellam conueniant: erat verè paruula corpore, ſed animo magna valdè, pauci anni ætatis, ſed multi ſapientiæ, & prudentiæ. Itaque dum in hac tenera ætate adhuc eſſet vnigenitus filius Dei, qui carnem ex ea erat ſuſcepturus, illa è regio gloriæ ſuæ throno oculis amore pleniſſimis cõſpecta, ad ciues cœli dixit: *Soror noſtra parvula eſt, vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die, quando alloquenda eſt?* Vide quàm tenerè Dominus hanc

anc humilem virgunculam amârit: non edignatus vocare ſororem, quæ vix ſe eputabat dignam nomine ancillæ: Sorem vocat, quia eam iam in ſociam ſuam, & redemptionis mundi cooperatricem elegerat: Vocat quoque ſororem, atque ſi Dominus alloqueretur Angelos ſuos: & rectè, quia Maria adhuc puella vitam in terra ducens angelicam, meritò vocari poterat ſoror angelorum. *Et vbera non habebat*: quia nondum ad eam ætatem peruenerat, quæ idonea erat ad concipiendum Saluatorem, cuius aduentus iam inſtabat. *Quid ergò faciemus huic ſorori noſtræ?* quando ab Archangelo Gabriele ſalutabitur, quando myſterium Incarnationis illi annunciabitur, quòd in ipſa, ipſiúſque interueniente conſenſu debet compleri? *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea.* Erat re vera hæc optima Virgo inde ab illo tempore murus ſolidiſſimus opera Spiritus ſancti fundatus & firmatus. Vnde & Deus ſuper illam ædificauit propugnacula argentea, perficiendo illam in dies in omni ſapientia, virtute, & gratia, ad expuguandas inuincibiles & infernales poteſtates, ad conterendum caput antiqui, callidiſſimiq; ſerpentis. *Si oſtium eſt*, inquit Scriptura: Et certè oſtium fuit hæc diuiniſſima Virgo, fuit porta illa ſemper clauſa, per quam ſolus Deus Saluator mundi tranſiuit, in carne veniens ad redimendum genus humanum: fuit quoque oſtium

ostium illud, per quod omnes nos adiimus, & ingressum habuimus ad Salvatorem, & judicem: ostium clementissimum, quod omnibus perpetuò patet, ostium verè cœli, per quod omnis ad nos salus venit, quòdque ingredimur omnes, qui ad salutem æternam recuperandam. *Si itaque ostium est: compingamus illud tabulis celestis*, largitate charitatis, plenitudine misericordiæ, & omni dolorum, & charitatum calestium varietate, vt hæc tatius necessitate ille regina misericordiæ, mater gratiæ, procuratorum misericors advocata, inuiscerum refugium, ipse desolatorum, & afflictorum, quæ possit in omnibus artumnis, & necessitatibus nobis adiumento, & salutiesse. Considera deinde huius gloriosissimæ Virginis responsum. *Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram ea, quasi pacem reperiens.* Ego sum verè murus per virtutum solidissimam, & animi fortitudinem, pérque firmam propositum, puritatem animi, & corporis, atque etiam virginitatem perpetuam semper confirmandi. *Et vbera mea sicut turris.* Recte dixit beatissima virgo vbera tua fuisse sicut turres: licet enim vbera corporis adhuc parvula essent, at vbera animæ tuæ spiritalia, hoc est, altissima, & ardentissima desideria gloriæ tuæ Dei, adventus salvatoris in mundum, & redemptionis generis humani, erat quasi maxima quædam turris in te. Vnde meruisti apud

Exod. 44.

Digitized by Google

apud Dominum primùm inuenire pacem, & gratiam pro te: nam conformans te totã cum voluntate diuina, & arctissimo charitatis vinculo te virum efficiens cum dilecto tuo, summa quædam, & tranquillissima pax in animam tuam redundauit. Inuenisti deinde etiam gratiam, & pacẽ pro nobis; quia authorem gratiæ, & ipsum Deum pacis apportasti, qui est pax nostra, quia per sanguinem suum reconciliando nos Patri, diuinam pacem, quę exuperat omnem sensum, attulit.

6. Considera denique quomodo Maria fuerit secũda Eua, quæ fœliciùs quàm prima à Deo creata, tota pulchra, & innocẽs versabatur in Paradiso longè maiori voluptate affluenti: vbi non colloquebatur, vti fecit imprudens Eua, cum antiquo serpente nec aures dabat fraudulentis eius persuasionibus sed auscultabat quid Dominus in ipsa loqueretur, tota prompta ad obsequendum in omnibus diuinæ eius voluntati. Quare, & hęc secunda Eua, longè maiori iure appellatur mater viuẽtium, quippe quę fœlici partu suo nobis attulerit vitã: at prima Eua potiùs vocari potest mater moriẽtium, cùm sua inobedientia nobis pepererit mortem. Hæc est illa Rebecca, illa puella abscondita, & hominibus incognita, & eximia pulchritudine præstãs, quæ á magno illo Patre nostro è multis fuit electa, & quæsita, ac cum multis pretiosis donis oblata sola inuenta est digna,

quæ

quæ in ſponſam veri Iſaac vnici filij ſui acciperetur, Hæc eſt illa ſancta, omnibúſque ſęculis celebrata Iudith: quæ ſua ſingulari prudentia, animíque fortitudine ca-
Iud. 13. put ſuperbiſſimi Holofernis principis tenebrarum reſecuit, quare populũ Dei, & à præſenti periculo, & deſperatione ſalutis vindicauit, Vnde, & optimè in eã cõueniũt laudes à populo illo huic admirabili victrici decantatæ. *Benedicta es tu filia à Domino Deo excelſo, præ omnib. mulierib. ſuper terram,* tu gloria Hieruſalem, tu honor, & ornamentum totius populi Hæc quoque eſt il-
Eſth. 2. la illuſtris Eſther, æterni Regis dilitiæ, incredibilis pulchritudinis fœmina, quæ cũ multo tempore latuiſſet, & diligenter cuſtodita fuiſſet, inter omnes alias Virgines in Reginam electa eſt tantaq́ue gratiam apud diuinam reperit maieſtatem, vt toti generi humano liberationem à funeſto ęternæ mortis decreto impetrârit. Hæc denique eſt illa vnica, & electa ſponſa, altiſſimique amica tanta pulchritudine prædita, vt filiæ Sion ea conſpecta beatiſſimam prædicarint, & Reginæ collaudarint. Vir-
Cant. 6. go verè generoſa. Virgo plus à Deo quàm ab hominibus cognita, per quam vetus illud ſecundum legem Moſaicam virginitatis, & ſterilitatis opprobrium penitus ſublatum eſt, & antiqua maledictio in benedictionem conuerſa. Virgo, quæ præter morem, & inſtitutum legis, ſine vllo exẽplo primam ſuam Virginitatem Domino conſe-

consecrauit. Virgo omnibus ijs ornata dotibus, quæ in sapientissimam, religiosissimámque Virginem, & sigillatim in eam, quæ debebat esse mater sui creatoris, maximè competebant. Virgo non iam sterilis, sed fœcunda, homini desponsata, sed à Deo grauidata. Virgo cuius vterus intumuit sine corruptione, cuiú q; partus editus fuit sine Virginitatis læsione. Virgo in partu, & Virgo post partum, quæ quidē habuit benedictiones, & gaudium Matris, sed non sensit dolores, & damna Matris. Virgo tam illustribus verbis promissa, tam ardenter desiderata, tātoque tempore exspectata; ac omni ex parte ita fœlix, & perfecta, vt nulla ei simius, nec antè, nec post reperta fuerit. Virgo, quæ ita expleuit Matris officiū, vt non solùm in se conseruarit virginitatis ornamētum, verúmetiam auxerit, & incredibiliter illustrârit. Virgo, quæ carnis integritate, & excellenti mētis puritate non solùm omnes homines, sed etiā Angelos superauit: Nam illam ipsam puritatem, quàm cœlestis spiritus conditione suæ naturæ obtinuerat, sanctissima virgo diuina ope adiuta, suo studio acquisiuit, & inuiolabiliter custodiuit Virgo hoc omnibus Sanctorum ordinibus altior, & sublimior, tantóque Deo omnipotenti carior, & coniunctior, quantò fuit ab omni concupiscentiæ macula, & lege peccati liberior. Virgo vnica quæ omnium Euangelicarum Virginum fuit primitiæ, mater,

&

& regina: prima enim fuit, quæ inuenit, aliósque docuit perfectam continentiam, & quemadmodum in carne mortali, & fragili imitari possemus cœlestium Spirituũ puritatem. Virgo denique tam sacra, tam pura, & munda carne, mente, verbis, opere, & vultu ipso, vt omnes, qui in eam oculos coniicerent, faceret quodammodo Virgines, hoc est, puritatis amatores, sic vt virginitas eius germinaret, & produceret Virgines, hominésque corpore, & spiritu castos redderet.

COLLOQVIVM.

O Virgo magistra Virginum, & Spiritus sancti sacrarium, omnium virtutum exemplar, & speculum, quæ post trienniũ adhuc puellula te ipsam obtulisti in templo creatori, odoriferi, & gratissimi instar holocausti: omniumque fœminarum prima fuisti, quæ perpetuo virginitatis voto corpus, & animam tuam Domino consecrasti: oro te per hoc singulare donum, quo Dominus ipse te ornauit, vt tanto ardore te totam diuinæ suæ Maiestatis seruitio dedicares, mihi velis impetrare gratiam, vt possim tuo exemplo cor meum omnino diuellere à mundo, parentibus, amicis, omnique rerum terrenarum caducarúmque cura, ac totum me diuinæ voluntatis eius beneplacito committere, vt de me statuat, quod ad eius maiorem gloriam,

Digitized by Google

riam, meque animæ salutem faciat: & simul vt tua ope me semper muniam, & puritati in anima absque omni concupiscentiæ carnalis macula seruare queam, atque ita merear manibus tuis offerri sacrato illi templo, nempe Christo filio tuo in cœlesti gloria.

DOCVMENTA.

1. SI Mater Dei, qua ante fuit sanctificata, quia nata, & in gratia ita confirmata, vt nec venialiter peccare potuerit, sacre templo inde à prima ætate inclusa fuit, sic profecto, vt nunquam inde egrederetur, donec diuina voluerat esse: Sophos dignum satis non habent alia Virgines qua non sunt, vt beatissima Virgo sanctificata, quod ingrogabere dolent se esse inclusas, & ab omni hominum conspectu, & conuersatione non necessaria remotas: Sic enim erant seruiores. Contra vero si liberam vitam agere cœperint, maximis periculis, & bonis famæ, & salutis animæ se obijcient.

2. Beatissima virgo in templo præsentata est, à Sanctorum sororum parentum Ioachim, & Annæ manibus, id præstandum vorum, quod Domino seorant à quibus, volat vitam à sancta illa Anna Samuelis Prophetæ matre: quia semeliter virginem filium Deo in templo obtulit, vt eius caperet debitæ omnes Patres, & Matres, vt Eccl. 5. filium vt perfecte præstent, quicquid de filijs Deo per votum, promissorue: scripsum enim est, Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet

Digitized by Google

plicet enim Deo infidelis, & ſtulta promiſſio. *Sed vehementer quoque cauere debent ne ſuos filios abſterreant, vel impediant, quò minus vota ſua, quæ poſt annos diſcretionis ediderunt, exequantur.*

3. *B. Virgo adhuc puella exiſtens templo inclusa eſt, ab omni mundi commercio ſeparata. Vnde diſcimus multùm ad inſtituendam piam vitam prodeſſe, ſi quis ab ineunte ætate in timore Dei ſanctiſque moribus, à mundanorum conuerſatione abſtractus fuerit educatus. Nam, vt dicit ſapiens Salomon, quam quisque vitam in adoleſcentia duxerit, ab ea ne in ſenectute quidem recedet.*

4. *Ab hoc ſanctiſſimorum B. Virginis parentum exemplo, debent Patres, & matres ſalutare documentum capere, vt maximum ſtudium, & curam ponant in liberis rectè, & piè educandis, inde à prima infantia, ſiue id fiat in propria ipſorum domo, ſiue in alio loco honeſto, vbi nullam vllius mali, vel diſſolutionis occaſionem habeant, ſed potius bona exempla hauriant, & diſcant, quatenus virtutes ſectanda, & vitia fugienda ſint. Hæc enim præcipua cauſa eſt, cur pleraque omnes mulieres tam ſint leues, & diſſolutæ, quòd æquo mollius, & indulgentius in puellari ætate ſint tractatæ.*

5. *Beatiſſima Virgo, licet eſſet genere nobiliſſima, tamen inter prima eius ſtudia, & exercitia, quibus ab incunabulis ſe dedidit, fuêre, ſolitudo oratio, ſacrarum literarum lectio, & manualia opera honeſtarũ mulierum propria. Sicut de ea teſtatus eſt Salomon in perſona Mulieris fortis*

tan-

tantoperè in Scriptura celebratæ. Quæsiuit la- *Prou. 31*
nam, & linum, & operata est consilio ma-
nuum suarum, *in confusionem multarum no-*
bilium, illustriumq; hominum nostri seculi: qui
dedecori sibi fore putant, si eorum liberi non in-
stituantur in omnibus mundi vanitatibus. Ita-
que inter primas artes, quibus illos imbuunt, est
ars repudiandi, cãtandi, instrumenta musica
pulsandi &c. Quare quid mirum, si eorum filij,
postquam inde à pueritia suxerunt lac mundi
efficiuntur, vt eos Dominus appellat, filij
huius seculi, prudentia carnali tu-
midi, sine spiritu, sine deuo-
tione, & sine timo-
re Dei.

***

DE

DE DESPONSATIONE BEATISS. VIRGINIS MATRIS DEI MARIÆ, CVM IOSEPHO.

MEDITATIO IV.

EVANGELIVM.

Matth. 1. CVm esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.

FIGVRAE.

Gen.39. 1. *PAtriarcha Ioseph dum esset in Ægypto, vt seruaret fidem Domino suo, qui totam domum suam ei commiserat, Dominæ quoque suæ castitatem omninò custodiuit.*

2. Ad-

2. *Adhæc cùm eius fidei commissa essent omnia Ægypti horrea, omne frumentum fideliter ad sustentationem, & salutem illius populi custodiuit.*

PROPHETIÆ.

ACcessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium, & dixit Dominus ad me. Voca nomen eius, accelera spolia detrahere, festina prædari. Esa. 8.

2. *Habitabit iuuenis cum virgine, & gaudebit sponsus super sponsam.*

CONSIDERATIONES.

COnsidera sublime huius prudentissimæ Virginis consilium, quæ dum esset adhuc subiecta legi terrenę, & carnali, velut iam spiritualis, & Euãgelica, multo ante Euangelium ab Apostolis prædicatũ, & scriptum, tam perfectè nouæ legis institutum seruauit, Nam lex vetus mandabat, vt omnes fœminæ, simulátq; ad maturam ætatem peruenissent, nuberent, & liberis gignendis operam darent: quæ autem steriles essent, & infœcundæ pro infamibus, & maledictis haberentur, At Virgo sãctissima sublimioracogitãs, decreuit in animo nullum vnquam virum cognoscere, florémque virginitatis suæ pulcher- Esa. 62.

rimum Deo conditori ſuo conſecrauit. Nec mirum, iam enim erat diuina Spiritus ſancti vnctione edocta, & verbum illud Dei æternum, viuum & efficax prius eius fuit Magiſter, quam filius, priùs mentem eius inſtruxit, quàm ſe eius carne veſtiuit. Itaque ea prima cauſa fuit quæ Virginem ad deſponſationem iucundam permouit, vt nempe, velut generoſa & obſequens Abrahæ filia diuinæ voluntati, qua in omnibus actionibus ſuis duce vtebatur, faceret ſatis? Et veriſimile eſt à Domino illi reuelatum fuiſſe, ſponſum cui iungenda erat, fore caſtum, neque tam maritum, quàm teſtem, & fidum virginitatis eius cuſtodem. Cauſſæ autem cur ſapientia diuina voluerit illam deſponſari, & habere maritum, ſunt ferè hæ Prima, vt in eius perſona repræſentaretur, & exprimeretur myſterium coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, quæ ſimul & Virgo & ſpõſa eius, ac mater omnium fuit fidelium. Vnde nõ potuit inueniri ad ſignificandum hoc myſterium magis idonea, quàm Maria, quæ ſimul fuit Virgo, ſpõſa & mater. Deinde id cõueniens fuit ratione Chriſti, qui ſi natus non fuiſſet ex muliere coniugata, Iudæis gentilibúſque non fuiſſet receptus pro Meſſia; imò velut illegitimus potius fuiſſet reiectus & repudiatus. Secunda eſt, vt hoc ſacramentum eſſet occultum, & dæmoni ignotum. Quia ſi Maria extra matrimonium concepiſſet, ſuſpicari potuiſ-

tuissent, illam esse virginem ab Isaia prædictam. Quare admodum conueniens fuit, Dæmonem hac in re decipi. Tertia, vt genealogia Christi constaret, è tribu Iuda, & regia stirpe Dauidis descendentis; per genealogiam enim Ioseph virginis sponsi, qui erat de domo & familia Dauid patefacta est genealogia Virginis, ac proinde & Christi filij eius. Quartò fuit id conueniens pro educatione ipsius Domini, in ætate puerili. Quare & Ioseph fuit reputatus Pater, ac nutritius pueruli Iesu. Deinde vt Ioseph vna cum matre eius curã haberet in profectione in Ægyptum, & reditu, atque etiam vt mutuis officiis, & laboribus se sustentarent. Præterea fuit conueniens, ex parte ipsius virginis Matris Domini, vt esset viro coniuncta. Primò, ne à Iudæis secundum legem occideretur si deprehensa esset gestare vterum. Deinde vt immunis esset ab infamia, si grauida inuenta fuisset extra Matrimonium. Vnde Dominus, cui honor & fama bona Matris curæ erat, voluit potius nauitatẽ suam in dubium vocari, quasi nõ natus esset de Virgine, quam pudicitiã suę Matris sciẽs quã illa esset verecunda, & quam fama mulieris sit periculosa. Tertiò vt mariti non solùm societate, sed auxilio quoq; vteretur: erat enim ipsa egens, & ætatis teneræ. Vnde sicut Dominus in fine vitæ eam commendauit discipulo, sic nũc per Angelum in sponsam dedit, & com-

mendauit Ioſepho iuſto, vt fidus eius cuſtos eſſet. Quartò, vt tanta dignitas Virginis, quæ erat, eſſe Matrem dei, coniuncta eſſet cum humilitate coniugis Fabri: ita enim in contemptum domini loquebantur Iudæi: *Nónne hic eſt filius Fabri?* Quare congruens omninò erat vt in perſona Matris dei ſeruaretur illud conſiliũ ſapientis. *Quantò maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Denique conueniebat beatiſſimam Virginem deſponſari in vtilitatem noſtram: & primò, vt Ioſephi teſtimonio cõſtaret Chriſtum è Virgine natum: nullum enim teſtimoniũ in hac re firmius, & certius accipi poterat quàm ab eius marito. Vnde ſicut Apoſtolus Thomas dubitando & tangendo factus eſt veræ Reſurrectionis Domini teſtis, ſic Ioſeph dubitando, & Angeli reuelatione rem certò cognoſcendo: fideliſſimus Virginitatis, & integritatis ſponſæ ſuæ teſtis effectus eſt. Secundò Dominus voluit Matrem ſuam ſimul eſſe Virginem & ſponſam, vt in eius perſona vterque ſtatus, virginalis, & coniugalis honoraretur, & approbaretur: atque vt eius vita (vtpote quæ erat Princeps & deeus Virginitatis) eſſet quaſi omnis pudicitiæ exemplar, non Virginibus ſolùm: ſed etiam coniugatis, & viduis propoſitum, in quod omnes intuerentur: atque ita illa omnibus facta eſt omnia, vt omnes ad imitandas excellentes virtutes ſuas

Matth. 13.

Eccl. 3.

prouo

prouocaret. Itaque virginibus fuit modestissima virgo, coniugatis castissima coniux, & viduis vidua religiosissima.

2. Considera, cùm Virgo sanctissima annum ætatis decimumquartum cõplessa esset, sacerdotes templi, pro instituto legis, & sacri illius loci consuetudine cogitasse de ea collocanda in Matrimonio, atque ita, ea non dissentiente, quòd sciret eam esse voluntatem Dei, ex omnibus stirpis eius hominibus delegerunt hominem sua opinione iustum, & timoratum, hoc est, moribus Virginis conuenientem, cuius vita sanctissima, summáque honestas omnium ore celebrabatur: Elegere inquam, bonum Ioseph progenie nobilem: erat enim è tribu Iuda, & regia domo Dauid; sed à fortunæ bonis egens, cui in sponsam hanc sanctissimam Virginem promiserũt. Vbi perpende cùm dies castissimæ despõsationis aduenisset, quanta animi, corporísque moderatione, quàm Virginea verecundia illa, quæ iam Regi cœlorum erat desponsata sese obtulerit, vt desponsaretur homini terreno. Tunc vidisses castam Rebeccam in sponsam accepi à magni Patris Abraham procuratore, non vt ipse eam retineret, sed vt Virginem custodiret, donec eã Domino suo Isaac obtulisset. Humilis admodum & vilis hæc hominum paperũ desponsatio videri debuit in oculis hominum: verum in oculis Dei, qui intuetur corda, & æstimat non opes, non nobilitatẽ

sanguinis, sed virtutem duntaxat, nullá vnquam in mundo extitit aut celebrior, aut honoratior, aut castior. Non erat hic cernere, magnum hominum comitatum vel applausum, sed innumerabilium angelorum exercitum, qui cœlesti concentu, gratulationeque venerati sunt coniuges, Domino suo tam caros & dilectos. Ex altera parte in boni Ioseph persona contẽplare magnum illum Patriarcham Iosephum, filium Iacob; & videbis hunc virginis sponsum non solùm meruisse communionem eiusdem nominis, sed etiam recepisse eius castitatem, innocentiam & gratiam. Nam sicut ille Patriarcha inuidia fratrum suorum venditus est, & in Ægyptum abductus, quæ fuit figura venditionis Christi: sic & hic inuidiam Herodis fugiens eundem Christum in Ægyptum detulit. Ille ad seruandam Domino suo fidem, seruauit castitatem Dominæ. Hic cognoscens Dominam suam, sui Domini matrem esse Virginem, obseruando continentiam, fidelis eius custos factus est. Illi Deus impertiuit multorum mysteriorum notitiam. Hic quoque particeps factus est cœlestium sacramentorum. Ille conseruauit frumenta Ægypti pro salute populi. Hic custodiuit panem viuum, qui de cœlo descendet pro salute mundi. Rectissimè autẽ ei conuenit nomẽ Ioseph, quod significat augmentum: quia in hac casta desponsatione Virginis progressum

greſſum fecit,& virtutum incremento, & celebritate famæ,& reuerentiæ apud homines, ob ſummam illam eius dignitatem quòd haberetur gubernator,cuſtos & Pater ipſius Dei. Quare dubium non eſt hominẽ fuiſſe admodum pium,& fidelẽ, cui Mater Saluatoris fuit deſponſata, Seruus verè fidelis,& prudens, quem Dominus elegit in adiutorem,& conſolatorem ſuæ matris,deinde in gubernatorem ſuæ carnis,& diuini conſilij ſui in terra fideliſſimum cooperatorem, Homo verè ſecundum cor Dei,cui,velut nouo Dauidi incerta & occulta ſapientiæ ſuæ manifeſtauit, & profundi myſterij à nullo huius ſæculi Principe cogniti, conſcium reddidit; cui quoque conceſſit non ſolùm videre,quem tot Reges & Prophetæ deſiderârunt videre, verumetiam illum audire, manibus ſuis portare,amplecti,auſculari,nutrire & gubernare.

3. Ad has omnes virtutes Ioſephi accedit, admodũ probabile eſſe,illũ beneficio caſtiſſimæ ſuæ ſpõſæ perpetuã quoq; virginitatẽ coluiſſe,vt ex hoc virginali matrimonio naſceretur filius virgo. Si enim ille ante perfectã hanc deſponſationẽ fuit integer & caſtus,quemadmodũ credi poteſt de homine,teſtimonio ipſius Scripturæ tã iuſto & ſancto,nec vnquã ſcriptum exſtat illũ aliam coniugem habuiſſe præter Mariam, cuius potius cuſtos fuit, quàm maritus,neceſſariò ſequitur eũ vna cùm illa

perpetuam Virginitatem conseruasse. Nam si Christus Matri suæ iam ætate prouectæ noluit alium relinqui custodem, nisi virginem Ioannem, quantò magis noluit eidem adhuc in adolescentiæ annis existenti custodem adesse, nisi virginem: vt enim Dei filius non voluit nasci, nisi de puritate virginea: sic neque tractari vel nutriri voluit, nisi manibus Virginum. Accedit, quod videbatur necessarium vt sanctus hic domo pro tanto officio sibi cõmisso hac quoque singulari gratia à Deo ornaretur, vt tam domi quàm foris securiùs, & castiùs cũ sua castissima sponsa versari posset. Vnde colligi potest, vt quidam Doctores existimant, beatissimam virginem cognita sui sponsi virtute & sanctitate, (de quo & diuinam reuelationem acceperat) ab initio desponsationis conspirasse cum eo de conseruanda perpetua castitate, vt in his castissimis sponsis impleretur illud Esaę vaticinium:

Esa. 62. *Habitabit Iuuenis cum Virgine, gaudebit sponsus super sponsam.* Neque difficile fuit Virgini id persuadere Ioseph o tum per efficaciam Spiritus sancti in ipsa loquentis, tũ per ipsius Spiritus gratiã, quæ in anima illius hominis vim suã, inclinãdo illum ad tam sanctam, & castam voluntatem, exerebat. Quanquam verisimile quoque sit, beatissimam virginem, postquã admirando cõsilio sororem Domino cõsecrauit, vt quę sẽper tenax filẽtij fuerit

& ad

& ad tacendum magis quàm ad loquendum prompta, maximè in materia suarum virtutum, donorúmque à Deo acceptorum, ne Ioseph o quidem sponso suo virginitatis suæ patefeciſſe propoſitum: totam enim se manibus Dei commiserat, rerúmque omnium suarum progressum, & exitum magna animi securitate diuinæ prouidentiæ commendârat. O fidem viuam Virginis, quantam in vniuerso Israële reperire non licuit. O simplicitatem raram, veréque columbinam, quæ vicit, & destruxit omnem mundi prudentiam. O excellentem animi generositatem in Deo fidentem, & parentem consilio sanctissimi Regis Dauid, cuius ipsa erat dignissima filia. *Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet:* sicut verè Dominus postea fecit, quando Angelum suũ ad Iosephum amandauit, qui ei, & suæ sponsæ integritatem, & sublime incarnationis suæ mysterium reuelauit. *Psal. 36.*

4. Considera, quàm benè in persona Iosephi Virginis sponsi dixerit Propheta: *Esa. 8.* *Accessi ad prophetissam, & concepit.* Quæ enim fuit hæc prophetissa, nisi Virgo sanctissima, quæ semper fuit spiritu prophetico plena, & ideò cum ab Elizabeta cognata sua cum tantis benedictionibus reciperetur, in diuino illo cantico. *Magnificat anima mea Dominum.* prophetauit, prædixitque se ab omnibus generationibus appellandam beatam. Huic prophetissæ

adiunxit se Ioseph, quando eam recepit in sponsam. Adiunxit se illi, non vt maritus cum affectu carnis, sed vt fidelissimus comes, & custos castissimus. Fuit certè hoc Virginis, & Iosephi Matrimonium (quantum ad substantiam eius attinet) verum & legitimum, sed sanctum, virgineum, & angelicum: simile illi, de quo dixit Apostolus: *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo*: Quod si de tot aliis sanctis legimus, eos amore sponsi cœlestis, æternarúmque nuptiarum desiderio, cum sponsis suis perpetuam seruasse virginitatem, congruens certè erat, vt in hac re palma super omnes tribueretur ei, quæ in Matrem Dei electa erat: vt in proposito, & virtute Virginitatis à nemine vinceretur: illa quæ puritate vincit Angelos, & semper toti mundo fuit huius nobilissimæ virtutis speculũ & exemplar. Subiecit postea Propheta: Prophetissam post suum ad eam accessum, concepisse, & peperisse. Concepit verè beatissima Virgo, sed opera Spiritus sancti, & virtute altissimi, & peperit filium, conuenienter ei, quod de hac ipsa virgine idem Propheta dixit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium.* Mulierem marito copulatam concipere, & parere mirum non est, sed vt Virgo permanẽs virgo vtrumq; præstet, priuilegiũ, & prærogatiua est solius Dei matris, quem non cõgruebat nasci nisi ex Virgine Filio deinde huius Virginis, & prophetissæ impositũ

2. Cor. 11.

Esa. 7.

à De

à Deo est admirabile illud nomen : *Accelera spolia detrahere, festina prædari.* Quod verò hoc nomen tam obscurum aliud est, quàm quod Deus vnigenito filio suo imponi mandauit per Angelum ad Ioseph dicentem : *Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Iam si nomen Iesu non aliud significat, quàm Saltorem, & officium Saluatoris est, debellare hostes, prædam agere, spolia detrahere liberando populum à seruitute, benè certè dixit Propheta, nomen quo appellabitur filius huius Prophetissæ, & Virginis admirabilis, futurum : *Accelera, spolia detrahere, festinæ prædari.* Atque hoc Saluatoris officium optimè præstitit Iesus Dominus noster, qui, vti ipse dicit, fuit fortissimus ille belli dux, qui in auxilium populi veniens, vicit, & fortem armatum mundo tyrannicè dominantem alligauit, spoliáque ei detraxit, omnique præda iniustè vsurpatâ exuit. De hoc Saluatore similiter locutus est Propheta dicens : *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem.* Captiuitas hæc erant sanctæ animæ, quæ tanto tẽpore fuerant tyranno infernali obnoxiæ. Videmus ergo quàm casta fuerit sponsa, ad quã Iosephus accessit, quàm pura eorum conuersatio, quàm sanctus fructus ex hac despõsatione fuerit cõsecutus, nẽpe ipse sanctus sanctorũ, candor lucis æternę, & speculũ sine macula diuinę Maiestatis, qui vti voluit

Matt. 1.

Psal. 51.

Sap. 7.

matrem ſuam eſſe ſanctam antequam naſceretur, ſic voluit deinceps eam conſeruari puram, & immaculatam vſque ad mortem.

§. Peracta ergo deſponſatione Virginis ſacræ in Nazareth, vbi Ioſeph habitationem ſuam habebat, & vbi paulò poſt ipſi Virgini ab Angelo Annunciatio facta eſt: (mos enim Iudæorum erat, vt mariti, antequam ſponſis ſuis iungerentur, eas aliquanto tempore relinquerent in parentum ædibus, aut etiam in propria domo omni honeſtate cuſtodirent.) Conſidera, quid ibi egerint, quáque in re ſanctiſſima Virgo ſe occupârit: illa inquam, quæ ante conſuêrat potiùs cum Angelis conuerſari, quàm cum hominibus, potiùs cœleſtibus: quàm terrenis vacare exercitiis. Vidiſſes eam tunc incedere totam curis implicitam, & in officiis Marthæ occupatam, magnóque ſolatio ſuo ſacras, Deóque dignas manus in abiectiſſimis, vilíſſimíſque domus miniſteriis fatigantem. Vbi expendere quoque potes, quantum illa, quæ in Matrem Dei erat electa ſubmiſerit ſe, & reuerita ſit pauperem fabrum ſponſum ſuum: contra verò, quantum ille, vt erat homo iuſtus, & prudens, tantam virtutem, & ſanctitatem ſponſæ ſuæ ſit admiratus, planè perſuaſus ſe non iam cum muliere, ſed cum paradiſi angelo viuere. Quare & reuereri eam cœpit, non tanquam conſortem, ſed vt patronam, &

Domi-

Dominam suam. Cogita quanta contentione, & æmulatione, vicissim certârint, vter plus obediret, vter plus alteri se submitteret. Vnde conijcere possumus Iosephum suæ sanctissimæ sponsæ exemplo in dies profecisse, & accessionem fecisse in studio virtutis, ac imprimis in amore puritatis. O quàm verè in domo illa impletum est, quod dixit Prophera: *Qui habitare facit vnanimes in domo.* *Psal. 67.* Et si in Euangelio scriptum est de Zacharia, & de eius vxore Elizabetha, Ioannis Præcursoris Domini parentibus, quod iusti fuerint coram Deo, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus sine querela: quantò maior sanctitas, obseruantia, & consensio existere debuit in hac domo, inter Iosephum, & Mariam, è qua nasciturus erat Dominus pacis? Nullæ hic erant quærelæ, nulla turbatio, nulla opinionum dissimilitudo, sed ingens pax, & concordia, charitas perfecta, honestas summa: domus verè bonorum terrenorum inops, sed cœlestium virtutum plena, & opulenta. Non erat ibi aut famulorum frequentia, qui ministrarent, aut amicorum, qui pauperem hunc sponsum inuiserent: sed tamen erant sancti Angeli, qui aulam suam apud eam habebant, & mirificè de tanta eorum puritate, & gratia lætabantur. Quid verò mirum, continentur ibi fuisse coros angelorum choros, vbi simul aderat ipse Angelorum Dominus? *Luc. 1.*

nus? Nam si ipse dixit de aliis seruis suis, vbicunque forent duo, vel tres in nomine suo congregati, ibi se in medio eorum futurum, quantò potiùs existimandum est eundem Dominum in medio istorum duorum sanctissimorum sponsorum fuisse, è quibus Maria futura erat eius Mater, & Ioseph us eum in infantia erat educaturus, & custoditurus? O beata domus, ô honoratum coniugium, ô fœlix societas.

COLLOQVIVM.

O Purissima, & obedientissima Virgo, quæ, vt in omnibus te diuinæ voluntati conformares, te libertate, & consolatione tui Spiritus priuare, & graui iugo, seruitutique matrimonij subijcere voluisti, oro te per hanc singularem obedientiam tuam, & resignationem, atque per castam inter te, & Ioseph um traductam conuersationem, vt à dulcissimo filio tuo impetrare velis, vt in nullo vitæ meæ statu, aliquid agam contra diuinorum præceptorum obedientiam, vnde Maiestatem tuam offendam: ac præterea dignetur animæ tantum puritatis amorem, & desiderium communicare, vt hac vita in omni cordis, corporisque puritate transacta, meream in altera velut casta quædam sponsa sisti illi Domino, qui à solis corde mundis videri meretur.

DO-

DOCVMENTA.

QVamuis virginitatis propoſitum, & ſtatus, quem beatiſſima Virgo erat complexa, tanta eſſet perfectionis, & meriti, tamen quando cognouit voluntatem Dei eſſe, vt viro deſponſaretur, totam ſe in eius manus reſignauit. Vnde diſcimus, quando ab operibus etiam ſanctiſſimis, perfectiſſimiſq; ab ijs, qui vices Dei gerunt ad alia officia inferiora auocamur, promptè obſequendum eſſe, & iudicandum nobis vtilius eſſe id, quod nobis mandatur, anteferendo ſemper voluntatem ſuperioris (quam cogitare debemus eſſe ipſius Dei) voluntati noſtræ.

2. Ex hoc caſto, & virgineo beatiſſimæ Virginis cum Ioſepho coniugio, diſcere poſſunt omnes coniugati, matrimonium eorum, qui deſiderio maioris perfectionis ex mutuo conſenſu perpetuam ſeruant virginitatem, vel continentiam, non modo verum eſſe, & legitimum, ſed etiam maximi meriti, & Deo Domino noſtro tanto puritatis amatori gratiſſimum. Quod videtur quoque inſinuaſſe Apoſtolus quando Chriſtianis potius conſuluit caſtitatem, quàm coniugium, & adiunxit, vt qui iam vxorem haberent, viuerent proinde, ac ſi non haberent, tempus enim, ſubiungit, breue eſt, & figura huius mundi præterit. Quare homines omnem curam ponere potiùs debent in conſequendis bonis æternis, quàm in temporalibus, & caducis, quæ cito finem habebunt. 3. Cor. 7.

3. Quoniam Dominus beatiſſ. Virginem ad tantam

tantam voluerat dignitatem, vt esset mater ipsius Dei euehere, non solùm voluit esse Virginem, sed virginem admodùm humilem. Qua de causa, & in templo inter pauperes Virgines educata est, & seruitute Matrimonij subiecta est, & marito vsa est admodùm paupere, & abiecto: vt nimirum homines intelligerent, fundamentum perfectionis, & clauem qua custodienda, conseruandaq; sint virtutes omnes, esse humilitatem. Vnde quò homines maiores progressus faciunt in donis, & gratiis à Domino communicatis, hoc humiliores, & submissiores esse debent: quò autem altiùs ascenderint, hoc fundamento destituti, eò grauiori, & periculosiori lapsu ruent.

4. Dominus non elegit Ioſephum in matris ſuæ ſponſum, quòd eſſet homo magnus, & illuſtris ſecundùm mundum, ſed quia iuſtus erat, & ſanctus: vnde tantus honor ei acceſſit vt è paupere, & contempto fabro, tam famoſus, & honoratus ſit factus in toto mundo, & tantoperè exaltatus in cœlo. O ſi homines hanc philoſophiam caperent, illi, inquam, qui tanto ſtudio aucupantur gloriam, & famam: nempe veros honores non acquiri accumulatione opum, & dignitatum, ſed iuſtitiæ Chriſtianæ exercitatione, & ſanctitate vitæ: non dubium quin plus curæ ſtudijq; ponerent in virtute, quàm pecunia comparanda, in acquirenda pietate, quàm piſcandis beneficiis, & mundanis dignitatibus. Quocirca ſæpe talibus vſuuenit, vt poſthabito Deo, animaq; ſalute, inhiantes per artes illicitas huiuſmodi honoribus, tam in hac, quam alte-

altera vita sint infames, & inglorij, conuenienter illis Prophetæ verbis. Quicunque honorificauerit me glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles.

5. Etsi beatissima Virgo claritate sanguinis, & virtutum præstantia fuerit admodum celebris, vt verisimile sit eam multo nobiliori coniũgi potuisse Matrimonio, tamen maluit assumere Ioſephum pauperem fabrum, sed hominem magna virtute, & sanctitate. Multò secus hoc tempore, proh dolor, matrimonia ineuntur à Christianis, nam in filiabus nuptui tradendis, non iã ad virtutem, & sanctitatem, sed ad opes, nobilitatem, & dignitatem maritorum respicitur: Similiter viri in ducendis mulieribus, non ad virtutes, & pietatem, sed ad magnitudinem dotis, ad pulchritudinem externam attendunt. Vnde videmus tot infelices coniugiorum exitus, tot coniugum lites, amarissimas, bella, vt in aduersorum non audiantur [illegible] quàm virorum maledicentium ijs, qui illis eiusmodi [illegible] procurârunt, & contra vxores omnia mala imprecantes parentibus, quòd authores talium nuptiarum fuerint.

6. Dominus non solùm voluit Matrem suam esse virginem & in oculis suæ Maiestatis sanctã sed etiam marito copulatam, idq; vt apud homines ab omni peccati suspicione esset immunis: nos videlicet informans, satis non esse, si in operibus nostris per bonam intentionem satisfaciamus Deo, sed insuper operam dãdam, ne cuiquã offendiculo simus. Monet siquidem Apost. vt bona faciamus, non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.

ME-

Meditationes tres ſequentes, hoc eſt, de Annunciatione, Viſitatione, & purificatione, etiamſi exſtent in Meditationibus vitæ Chriſti, tamen hoc loco ſunt repetitæ, ſed copioſiores, & meliores.

***

DE

DE ANNVNCIATIONE ANGELI AD B. VIRGINEM.

MEDITATIO I.

EVANGELIVM.

MIssus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit. Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cùm audisset, turbata est in sermone eius & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & pa-

paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternùm, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum. Quomodo fiet istud, quoniam virũ non cognosco? Et respondens Angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

FIGURAE.

Gen. 24. 1. *Abraham misit vnum è seruis suis in Mesopotamiam*

miam vt inde filio suo Isaac adduceret Rebeccam in sponsam.

2. *Angelus Dei apparuit matri Samsonis, & dixit: Ecce concipies, & paries filium, is Nazareus erit, & incipiet liberare populum Israël.* Iud. 13.

3. *Abigail, auditis legatis Dauid, qui mandârat eam sibi adduci in vxorem, adorabunda in terra respondit:* Ecce famula sua sit in ancillam vt lauet pedes seruorum Domini mei. 3. Reg. 25.

4. *Esther Virgo ex captiuitate Israëlitici populi, ob pulchritudinem, morúmq; honestorum tantoperè placuit Assuero Regi, vt eam ex omnibus puellis elegerit in sponsam suam & Reginam.* Esth. 2.

5. *Moyses cùm filij sui Israel splendorem vultus eius ferre non possent in descensu ex altissimo monte, in quo cum Deo erat conuersatus, velo obtexit faciem suam, vt agere cum eis posset.* Exod. 34.

PRO-

PROPHETIÆ.

Esa. 45. 1. *ROrate cœli de super, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem.*

Mich. 1. 2. *Ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet.*

Esa. 36. 3. *Deus ipse veniet, & saluabit vos.*

Psal. 71. 4. *Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.*

Isa. 7. 5. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.*

Irem. 31. 6. *Creauit Dominus nouum super terram, fœmina circúndabit virum.*

Ezech. 44. 7. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam.*

Eccl. 24. 8. *Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo.*

CONSIDERATIONES.

Can. 2. IAm tempus erat vt pura illa, & simplex turtur, post tam diuturnum silentium aperiret os suum, vocémque suam tantopere desideratam edere in terra nostra incipiet, à quâ tanta gloria Deo in cœlo, & tanta pax, & lætitia in terra hominibus euentura erat. Tempus quoque erat vt fulgens illa aurora incipiet radios suos emittere, & noui solis, & tam diu exoptati, & expectati ab omnib. gentib. aduentus indicium dare. Erat mundus totus profunda peccati nocte immersus, & cæca ignoran-

Cant. 6.

Agg. 2.

tiæ

tiæ caligine opertus. Vnde omnes vnavoce clamabant dicentes: *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* Descendat tandem filius vnicus æterni Patris, ex suis altissimis abyssis, & velut pluuia voluntaria defluat in nostræ mortalitatis vellus, atq; instar stillicidiorum de cælo stillantium diuinis suis donis fertilem reddat hanc nostram sterilẽ & infæcundam terram. Rumpe tandẽ Domine tuos cœlos, & descende, mõtes enim à facie tua liquescent, & nomen tuum omnibus inimicis tuis innotescet. O quot Sancti Patriarchæ, Reges, & Prophetæ optarunt videre diem illum, quo inuisibilis, & altissimus Deus se videndum erat præbiturus, & cum hominibus conuersaturus? Quot lachrymas ea de causa profuderunt, quot preces, quot ardentes gemitus in cœlum emiserunt? Neque solùm hi sancti Patres, verùmetiam Angeli Sancti in cœlo miserentes humanæ perditionis, & de nostra restauratione solliciti, velut ij, qui erãt Patri æterno longè carissimi, proni ante thronum gloriæ his verbis supplicabant: *Quare traduntur bestijs anima confitentes tibi?* Esto, id postulate tuam iustitiam, nunc aduenit tempus exercendæ misericordiæ. Itaque *benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalem.* Isa. 45. Psal. 71. Isa. 64. Psal. 73. Psal. 50.

Cæ-

pe cœlestis. Verùm multò magis illæ sanctæ animæ quæ tanto tempore obscuro carceri manserunt inclusæ, sub tyrannica

fortis

fortis armati cuſtodia, ſuæ redemptionis cupidæ, continuis precibus miſericordes Creatoris aures, mœſtiſque cum gemitu
Pſal.43. vocibus pulſarunt dicentes. *Vſquequo auertes à nobis faciem tuam, & obliuiſceris inopiæ,*
Pſal.12. *& tribulationis noſtræ?* Quouſque ſe efferet, & gloriabitur inimicus noſter ſuper nos? Exurge Domine, adiuua nos per nomen
Pſal.43. ſanctum tuum. Mitte fortiſſimam illam mulierem, quæ ſua prudentia, & humilitate conterat arrogantis, & infernalis iſtius ſerpentis caput. Naſcatur tandem gentis noſtræ gloria, & ſtirpis noſtræ ſpes vnica. Ecce omnia iacēt quaſi cæca nocte obru-
Gen. 3. ta, donec tu iuſtitię Sol tuam claram, optatamque lucem mundo reſtituas. Deſere
Gen.28. tandem ô verè noſter Iacob paternam domum, & ab æterna requie tua deſcende, quia iam tempus eſt, vt manum admaucas tuo raſtro, & in ſudore vultus tui, tuæ di-
Gen.23. lectæ proli victum prouideas. Ecce pauper pedibus nudis, ſoli baculo nixus tranſibis aquas Iordanis: & in peregrina patria humilis paſtoris inſtar paſces gregem duri ſoceri tui. Sed quando poſtea locu pletior factus, & pecoris, & auri, in paternum regnum reuerteris, tunc gemino ſtipatus agmine amplam Patris tui domum numeroſa familia complebis.

2. At quæ, ô Virgo prudentiſſima ſupra omnes diuino amore, & ſummo ſalutis noſtrę deſiderio flagrans, tuæ exitere preces, qui gemitus ex inflammato pectore

tuo

tuo erumpentes, vt ad misericordiam pientissima Patris cœlestis viscera erga populum suum commoueres? Plane credibile est, Beatiss. Virginem, vti erat Spiritu sancto plena & in prophetarum, totiusque sacræ scripturæ lectione versata, probè sciuisse, proximum esse Saluatoris mundi aduentum: imò admodum probabile est, eam specialem reuelationem habuisse se propriis oculis eum conspecturam. Nam si seni illi Simeoni, quod maximo desiderio incensus esset videndi Christi, à Spiritu sancto reuelatum est eũ ante mortem visurum Christum Domini: multò fide dignius est hanc gratiam non negatam ei, cui supra omnes tantam donorum, charismatumq; diuinorũ impertiuerat copiã. Accedit, quod ardẽs eius desiderium longè excesserit nõ modò Simeonis: sed omniũ antiquorum Patrũ, atque adeò ipsorũ angelorum desideriũ: nec tamẽ ideo aut reuelatum ei fuit, aut ipsa, vt erat humillima, vnquam cogitauit se fore eius matrem. Certior itaq; à Spiritu sancto facta de tam eximia gratia, quãdo in dulcem illã contẽplationem incidebat se in terra visurã Conditorẽ vniuersi, & generis humani Redemptorem, ac dilectũ illum animæ suæ super omnem dilectum: dici non potest, quemadmodum nimia teneritudine, & gaudio liquefactum fuerit cor eius, & quasi diuturnioris moræ impatiens, plena amoris fiducia ad ipsum

Exod. 33. Dominum conuerſa dicebat. *Si inueni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuã*, & ſentiens in ſe diuinum reſponſum. *Oſtẽdam tibi omne bonum*, ineffabili quodã lætitiæ ſenſu & pace afficiebatur, tota rapta, & abſorpta in Deum ſaluatorem ſuum.

3. Conſidera, quomodo cùm iam plenitudo temporis aduenisſet, in quo ſanctiſſima Trinitas per æterni verbi incarnationẽ decreuerat generis humani procurare ſalutem ſua immenſa caritate, qua humanam naturam proſequebatur in primis commota, atque etiam cœleſtium ſpirituum, totque ſuorum amicorum in terra exiſtentium, & ſigiliatim huius Virginis tantopere dilectæ humilibus ardentiſſimiſque precibus, quibus illa quaſi ſagittis pretioſum cor ſuæ Maieſtatis vulnerabat, cœleſte illud Concilium coegerit ſecundum illud Prophetæ. *Init Deus conſilium, cogit conſilium.* In quo primò fecit audientiam iuſtitiæ & miſericordiæ illius rationes audiuit, & huius ſupplices preces benignè accepit: deinde ſermonem ad beatæ illius patriæ ciues de reſtituendis eorum ruinis, & liberandis mortalibus habuit, in quo ſublime myſterium in illud vſque tempus occultatum, æternúmque mentis ſuæ propoſitum, de mittenda in mundum altera diuina perſona, nempe Verbo æterno in hunc finem, patefecit; vt ſicut per illud omnia facta sũt, ita quoque

Iſa. 16.

omnia

omnia per idē reficerentur, & restaurarentur, & vt persona diuina satisfaciendo in humana natura iustitiæ pariter & misericordiæ satisfaceret. Vbi expende quanta lætitia exilierint omnes illi beati Spiritus, quámque admirati sint immensam bonitatem, & infinitam charitatem, ac sapientiam sui Conditoris: atque ilico ex diuinitatis thesauro in cœlesti illo concessu publicatum est nomen Mariæ, decretúmque per illam, in illa, & cum illa totum hoc ineffabile mysterium esse complendum. Deinde euocato ad se Archangelo Gabriele, Dominus illi fœlicis huius legationis literas tradidit, in quibus salutatio Virginis, incarnatio Saluatoris, redēptionis modus, plenitudo gratiæ, & sublimitas gloriæ, continebatur. Itaque missus est Angelus Gabriel à Deo ad Virginem. Missus est Angelus, quia semper consueuit Deus sua diuina mysteria hominibus per angelos patefacere. Missus est Angelus, vt sicut Angelus fuit causa nostrę perditionis; sic per angelum daretur initium nostræ salutis. Neque hic Angelus fuit ex infima Hierarchia, è qua solent ferè mitti ad homines, sed ex suprema, cuius indicium manifestum potest sumi ex nomine. Num Gabriel significat fortitudinē Dei, & rectè, quia venit ad annunciandū illum Dominū, qui solus est fortis & potēs; qui in mundū venit ad expugnādum & exterminandum ex illo tenebrarum Principē,

ad deſtruendam ſua morte mortem noſtram, ad ſpoliandum infernum, & potenti brachio liberandum omnes animas, quæ ibi inde ab initio mundi manſerunt incluſæ. Fuit hic Angelus miſſus, non ab alio Angelo ſuperiore, ſicut ordinariè à Domino in reuelationibus homini faciẽdis fieri ſolet, ſed immediatè à Deo ipſo, idq; primò, ob magnitudinẽ negotij tractandi, quod non cõueniebat per inferiores angelos ſubſtitutos peragi, ſed per ipſam perſonam, angelorũ Principis. Secundò, ratione ipſius Virginis: nec enim congruens videbatur, vt tale myſterium aliis angelis, excepto Gabriele, prius innoteſceret quàm Mariæ. Etſi enim Deus Angelis manifeſtârit aduentum perſonæ verbi ad hominem redimendum, tamen huius redemptionis modum tantũ reuelauit Gabrieli, & hic virgini. Tertiò admodũ conueniens erat Gabrielẽ à ſanctiſſima Trinitate amandari, quia in diuiniſſimũ illud opus confluere debebant, potentia Patris, ſapiẽtia filij, & gratia ac miſericordia Spiritus S. Verum conſidera, ad quẽ ſanctiſſima Trinitas, Deus omnipotens tam magnum Legatum amandet. Certum eſt, nõ amandari ad Reges & Principes mundi, ſed ad pauperculam Virginem. Ad hanc miſit altiſſimus ſuum angelum, qui ei diceret: *Concupiuit rex ſpeciem tuam.* O Virgo admirabilis, omni laude & honore digniſſima. O mulier ſuper omnes alias venerabilis,

Pſal. 44.

bilis, per quã veteres Patres ſalutis ſuæ conſecuti ſunt remediũ,& totus mundus veram vitam. Fuit ergò miſſus angelus ad virginem,& meritò. Semper enim angelis ſimillima fuit virginitas,tum ob vitæ puræ conformitatem, tum ob meriti æqualitatem. Virgo carne, virgo mente, & virgo profeſſione. Virgo deniq;, qualem deſcripſit Apoſtolus,*mente & corpore ſancta.* 2. Cor. 7.

4 Iam verò dũ in cœlo tantus ſit apparatus,totáq; legatio ſtipata tanto Angelorũ numero in re tanti momẽti adornatur,cõuerte mentis tuæ aciẽ ad contemplãdum, quid ſub hoc tẽpus egeritilla humilis virguncula de Nazareth:illa tã puſilla,& abiecta in ſeipſa,tamq; magna & excellẽs in oculis Dei,quę ei⁹ deſideria quę cogitationes eius fuerint? O quã remotæ & diſcrepãtes ab eo quod Deus de illa cogitârat,& decreuerat. Conſidera ergo,quomodo illa verſata fuerit in ſecreto conclaui clauſe obſerato tota precibus ad cœleſtem Patrem fundendis intenta. Tenebat quidem prudẽtiſſima virgo oſtium illius clauſum ſed hominibus tantùm, non Angelis. Ibi ergo erat tota in ſeipſa recollecta, & ardenti deſiderio rapta aduentus filij Dei in carne, & redimendi generis humani. Nec dubium, quin amplius ſolito inexplicabili dulcedine, & ſuauitate liqueſcens (ac ſi iam proximum cerneret, cuius amore ingemiſcebat, & ſuſpirabat) illachrymans dixerit. Quando tandem

aderis dulciſſimè Domine Deus cordis mei? Quando merebimur intueri faciem tuam? beatus venter qui te portabit, beata brachia, quorum amplexu tenebris, beata vbera è quibus lac exſuges. Virgine itaque mente humili, & corde deuoto in hunc modum loquente, ilicò Angelus Domini interuenit, multa luce circumfuſus, candidáq; refulgens, veſte vultu non terribili, quo aliis v ſendum ſe præbere ſolet, ſed toto manſueto & gratioſo, eaq; reuerentia, quam declarare decebat illi, quæ paulò poſt futura erat mater Domini, tanta quoque ſubmiſſione, vt videretur adorare mulierem, qui aliàs adoratus erat à viris. Initium ergo legationis ſuæ faciens dixit virgini: *Aue gratia plena*, ac ſi diceret. Pax tibi ſit & gaudium, quæ ab omni maledictione, & ab omni peccati macula es immunis. Lætare ô tota pulchra, tota immaculata, & tota gratia plena. Vide quomodo Angelus eam ſaluter tanquam ſuam Dominam, omníque honore dignam, & à Deo ſingulariter dilectam & electã Neq; verò inchoare ſalutationẽ ſuam alio verbo debuit, quàm illo lætitiæ pleno: hac enim noua ſalutatione Saluatoris mũdi aduentum annunciauit, qui planctum Euæ in lætitiam, tenebras noſtras in claram lucẽ, mortem in æternã vitam conuertit. Rectè autem ſubiunxit, fuiſſe plenã gratia: nam plena erat illo, qui auctor eſt, & dator omnis gratiæ. Magna

verè

verē & abundans fuit Mariæ gratia, quæ cœlo gloriam attulit, terræ Deū genuit, Angelis attulit gaudium, & mundo pacē pertectam. Fuit quoq; *plena gratia*, quia gratiæ, quæ aliis ſanctis particulatim sūt conceſſæ, eæ omnes in ſumma perfectione & plenitudine in ea extiterunt. Illa ſiquidem fuit vellus, in quo filius Dei, inſtar roris de cœlo delapſi cum vniuerſa diuinitatis ſuæ amplitudine ſe collegit, quod vellus poſtea in ligno crucis expreſſum aſperſit & irrigauit, inſtar ſalutaris pluuiæ, omnes partes terræ. Et quid mirū, plenam gratia fuiſſe illam, cum qua erat Dominus ipſe, id potius mirum fuit quomodo Dominus, qui miſit Angelum ad Virginem iam præſto adfuerit Virgini. Bene ergò dixit ei Angelus. *Dominus tecum*: tecum nimirum, in mente per abūdantiam gratiæ, velut tuus Deus, tecum erit in vtero per aſſumptionem carnis, velut tuus filius, & tecum per ardentiſſimam caritatē in corde, velut tuus ſponſus. Eſt quoq; tecum Pater, quia is genuit illū, quem tu concipies, tecū eſt filius, quia de carne tua illū veſties. Et tecū eſt Spiritus, S. cuius virtute cōcipies. *Benedicta tu in mulieribꝰ*: meritò benedicta, quia in ſemine tuo benedictæ sūt omnes gētes. Et benedicta in mulierib. imò ſupra omnes mulieres. Primò, quia prętogatiuę virginitatis adiū. xiſti douū fœcūditatis; imò quia primò omniū cū votò obtuliſti virginitatē Deo,

omnibus aliis mulieribus maledictionem legis rescidisti: sic prorsus, vt sicut in veteri lege steriles habebantur pro maledictis, sic post hanc oblationem tuam status virginitatis antelatus, & beatior factus est statu matrimonij Secundò, quia libera extitisti ab omnibus mulierum maledictionibus, quæ sunt concipere cum virginitatis iactura, gestare vterum cum fastidio & pœna, & parere cum summo dolore. Concepisti enim saluo virginitatis flore, grauida fuisti sine molestia, & peperisti cum lætitia. Neque solùm inter mulieres benedicta fuisti, sed etiã inter Angelos ob gratiæ plenitudinem, & puritatis tuæ præstantiam: benedicta deniq; inter omnes Sanctos per tuæ charitatis eminentiam & perfectionem. O quàm suauis est sonus verbi, *Benedicta*, nostris auribus quàm dulcis palato nostri cordis: nullus enim tantus peccator est qui non expertus sit se multas gratias & benedictiones per Mariã accepisse. Quare vnusquisq; inuitatur ad rependendã illi gratiã, & laudandum eam, vt dicat, *Benedicta tu.*

5. Considera quomodo cor Mariæ ad Angelicæ salutationis vocem totum trepidârit, non ob insolitum Angeli conspectũ (sæpè enim visebatur ab Angelis) sed ob diuinarũ laudum, & epithetorũ excellentiã quæ suis meritis existimabat lõgè esse maiora. Proprium enim humiliũ est, demisse de se sentire, & difficulter credere

quæ

quę indicant esse supra se. Turbata est itaque Maria, sed non perturbata, multò autem minùs locuta. Secuta nempe exemplum patris sui Dauid dicentis, *Turbatus sum, & non sum locutus, cogitaui dies antiquos.* Maria enim turbata est, sed non locuta, perpendens qualis esset ista salutatio. Turbabatur ex virginea verecundia, non perturbabatur ex animi inconstantia: tacuit, & cogitauit intra se ex singulari prudentia. Reuoluebat mente singula verba huius cælestis nuncij, & comparando paruitatem suam, cum magnitudine Dei, & infinita eius perfectione, nihil in se inuenìebat dignum tãta prærogatiua. Quare cogitationum variam tumultu implicita tota interius commouebatur: quod diuinitùs cognoscens Angelus, humili & blando sermone proprio eam nomine cõpellans, dixit: *Ne timeas Maria, quia inuenisti gratiam apud Deum*, ac si dicere vellet. Magnam timẽdi causam habuit Eua, quæ non modò se, sed omnem quoque posteritatem suam diuina gratia spoliauit: at tu quam causam timendi habes, quę gratia es plena, Dominum habes tecum, & benedicta es in mulieribus? Tu, inquã, quæ gratiam ab Eua missam, cum humili mente, piisque desideriis sedulò quæsiuisses, apud Deum nunc inuenisti? O humillima Maria, cur turbaris, cur miraris de aduentu Angeli? Ecce venit ad te is, qui longè maior Angelo: non miteris propter

Psal. 76.

Angelum Domini, cùm Dominus Angeli tecum sit, ac denique quid mirum à te videri Angelum, quę in terra vitam agis Angeli? Quin ergò visitet Angelus illam, quã habet in viuendi ratione sociam? cur non salutabit, quæ vnà cum illo est ciuis Sanctorum, & domestica dei? ô si scires Maria, quantum altissimo placerét tua humilitas, & quanti te faciat, profectò non reputares te indignam hoc colloquio angelico. Iam qua ratione arbitraris te indignam gratia Angelorum, quæ inuenisti gratiam apud Deum, inuenisti quem quęsisti, inuenisti, quem ante te inuenire potuit nullus. Quid verò est gratia illa, nisi pax quædam inter Deum, & homines, destructio mortis, & vitæ reparatio? Hæc ergò gratia est apud Deum à te inuenta, quod, vti subiecit Angelus, *concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius* IESVM. Ex hoc filij nomine, prudentissima Virgo, intelligere poteris, quam magna & sublimis sit gratia illa, quam apud Deum inuenisti, quia paries Saluatorem (sicut dixit Angelus ad Ioseph) qui saluabit populum à peccatis eorum. Paries filiũ qui restituet salutẽ, concedet remissionẽ, adferet lucem, donabit vitã, & portas cœli aperiet.

6. Considera Angelum, vt clariùs exponeret Virgini, quantum paritura esset filium, subiunxisse. *Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur, &c.* Rectè autem dicit fore magnum, quia merebitur appellari

filius

filius altissimi, imò æqualis erit altissimo. Quomodo enim non poterit magnus vocari ille, cuius magnitudo non habet finẽ? de quo scriptum est. *Quis magnus sicut Deus noster?* Magnus ergo homo fuit Iesus, magnus doctor, & magnus Propheta, de quo scriptum est. *Veniet Propheta magnus, & ipse renouabit Hierusalem*, quasi dicat, Angelus ad virginem Paries paruulum infantulum, sed in illa paruitate considera eius magnitudinem, quia à Deo magnificabitur coram toto mundo, vt omnes reges eum adorent, & omnes gentes ei seruiant? O admirandus puerulus, & verè paruulus, sed non in sapientia: quia est ille, de quo scriptum est, quod *sciet reprobare malum, & eligere bonum.* Studeamus ergò, & nos fieri paruuli, & pueruli, imitando eius humilitatem, & innocentiam: discamus ab eo, qui est mansuetus, & humilis corde, vt magnus ille Deus non sit sine causa factus homo paruulus pro nobis, ne frustrà sit mortuus, ne frustra sit crucifixus. Imitemur eius mansuetudinem, desideremus fieri passionum eius participes, & offeramus eum pro mediatore inter Deum, & peccata nostra, idcircò enim ipse est, natus idcirco nobis est datus. Subiecit deinde Angelus, Dominum illi daturum *sedem Dauid patris eius, regnaturúmque in domo Iacob in æternum.* Magna res non est ei, qui sedet supra

Psal. 79. *Luc.* 1. *Psal.* 71. *Isa.* 7. *Matt.* 11. *Psal.* 79.

fuit, tum Angeli verbis exteriùs prolatis, tum ab ipso Domino, qui interiùs illam alloquebatur, & fide timorem, gaudio verecundiam pellebat, dixit ad Angelum. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* quasi diceret. Cū Dominus meus conscientiæ meę testis, conscius sit voti, firmíque propositi ancillæ suæ de seruanda virginitate, aueo cognoscere viam, & rationē intelligere, qua diuinæ Maiestati placeat me illud præstare. O quæstio sapientiæ plena, & tāta virgine dignissimam: nam enim illa legerat Virginem concepturam, pariturámq; redemptorem; quare diuini illius oraculi certa, postulat ab Angelo, quo modo, & ordine id fit adimplendum, eò, quòd Propheta, qui id futurum prædixit; non simul expoſuit modum, quo id fieri debuit, sed exponendum Angelo reliquit. Respōdit ergò Angelus, *Spiritus sanctus superueniet in te.* Erat quidem Virgo iam ante Spiritu sancto plena, quia erat plena gratia, & Dominus erat cum illa, sed idem spiritus de nouo cum nouis donis, & charismatibus, quæ ante non habuerat, in illam est illapsus. Nam salua virginali integritate concipere, esse pariter Virginem, & fœcūdam, esse matrem filij Dei, hæ omnes nouæ fuerunt prærogatiuæ, & gratiæ, quæ à Spiritu sancto illi superueneruntt. Vnde bene subiunxit Angelus, *Et virtus altissimi obumbrabit tibi*, quasi diceret. In hoc tam nouo & sublimi mysterio, à Domino in te

te declarando, virtute altissimi ita roborabere, & firmabere, vt sentias gratiã, & non amittas pudicitiam. Concipies filiũm, qui virginitatis tuæ non violabit signaculum, sed instar gratissimæ, suauissimæque pluuiæ descendet in te de cœlo, & in vtero tuo, tanquam sponsus in thalamo, requiescet. Vide, quomodo Angelus paucis his verbis perspicuè significârit, omnes tres diuinas personas concurrisse ad hoc mysterium, quia Spiritus sanctus cum suis maximis donis superuenit Virgini, Pater sua virtute obumbrauit, Filius Dei ex illa carnem assumpsit. Adiecit deinde angelus exemplum miraculosi conceptns sterilis cognatæ eius Elisabeth, non vt virginem quasi dubiam & incredulam confirmaret, sed vt miraculum miraculo accumulans, gaudium gaudio aiungeret, atque ita hoc nouo gaudio magis idonea redderetur, ad recipiendam ineffabilis illius dulcedinis, & lætitiæ, quam aduentus filij Dei erat allaturus, copiam, & redundantiam. Accecedit, quod admodum conueniens erat arcanum illud Elisabetha, quod postea erat publicandum omnibus, primùm ex ore Angeli patefieri Virgini, vt quæ iam in terra à Domino diuinorum consiliorum particeps facta esset. Cùm ergo cælestis nuncius legationem suam absoluisset, tacuit, ac reuerenter, & supplicantis gestu ingenti desiderio consensum Virginis prestolabatur.

8. Læ

8. Lætare nunc virgo filia Sion, exulta in corde tuo filia Hierusalem, ecce iam rem audisti, & credidisti, audisti pariter, & modum, vtrumque valde admirabile, & iucundum, Age ergo quoniam Dominus auribus tuis tantum attulit gaudium, & lætitiam, audiamus nunc à te responsum exultatione, & lætitia dignum. Audisti te concepturam, pariturámque filium, sed ope, & virtute Spiritus sancti, ecce Angelum tuum responsum præstolantem, tempus enim est vt reuertat ad Dominum, à quo missus est. Expectamus & nos, ô Domina nostra, sententia damnationis miserabiliter oppressi, verbum tuum misericordiæ. En oblatum tibi nostræ salutis pretium. Vnde si consentis, mox liberati erimus: idipsum, miserabilis Adam cum tota sua posteritate tanto tempore à Paradiso exulante, supplex obtestatur, idem Abraham, & Dauid cum omnibus aliis sanctis Patribus habitantibus in regione vmbræ mortis precatur, idem denique flexis genibus, oculisq; lachrymantibus supplicitet à te expectat totus mundus: & meritò, nam ab ore tuo pendet miserorum cõsolatio, captiuorum redemptio, damnatorum liberatio, & vniuersi generis tui salus. Da ergo Domina velox responsum, non modo à terra, sed etiam ab inferno, & cœlo tanto desiderio expectatum: imò Rex ipse, & Dominus vniuersitatis huius, quantum speciẽ tuam de siderauit, tantum nunc *Isa. 9.*

nunc expectat responsionis tuæ consensum, quia per illam constituit saluare mũdum. Si ergo copiam illi feceris tui responsi, faciet ille vicissim copiam nostræ salutis. An non ipse est ille, quem tanto desiderio quærebas, pro quo gemebas, ac noctu, diúque orando suspirabas? Ecce tu es illa ipsa, tanto tempore promissa, illa tantopere expectata, illa ab omnibus tandiu expetita, & per quam ipse Deus Rex noster ante omnia sæcula decreuit operari salutem nostram in medio terræ. Aperi
Psal.73. igitur Virgo beatissima cor tuum fidei, labia confessioni, viscera tuo creatori. Iam verò perpende, quomodo illo temporis puncto virginis cor nouæ, cælestísq; lucis radiis illustratum totum se conuerterit ad Dominum, sentiénsque se insolito charitatis ardore colliquescere, syncero deuotionis affectu plena mente, & corpore humiliter in terram prostrata, dixerit, *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum.* O verba abbreuiata, sed omnipotẽtia: nam quod tot precibus omnes Patres antiqui impetrare non potuerunt, illa his paucis simplicibúsque verbis fœliciter obtinuit. O quàm fuerunt profunda, quàm sancta, quàm dulcia, quàm prudentia, & considerata. Vide, inquam paucis verbis, quot mysteria comprehendantur, & tam sublimia, quàm verba sunt humilia. Etenim hoc breui responso impleuit cœlum lætitia, & omnes Angelos exultatione.

Spem

Spem erexit ſęculo perdito, poteſtates infernales perterruit, ac Patribus ſub eorum tyrannide obſcuro adhuc carcere concluſis, libertatis gratiam promiſit. Vnde mox poſt cognitam Virginis reſponſionem, cœperũt pariter omnes cum incredibili gaudio cãtare, & Dominum laudare dicentes, *Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.* *Luc. 1.*

9. Conſidera tantoperè placuiſſe altiſſimo humilem huius ancillæ ſuæ conſensũ, vt poſt pronunciata verba illa, virtute Spiritus ſancti æternum verbum caro factum ſit, & Virgo *Mater* Dei. Dic nunc, beatiſſima Virgo quis ſenſus, quis tui cordis affectus fuerit illo momento, quo diuini verbi immenſitas ſe abbreuiauit, tuoque benedicto vtero ſe incluſit? quando immenſus ille diuinæ charitatis ignis, qui miſſus erat in terram, ad inflammandum mundũ totus ſe contraxit, & occulit in ſacris viſceribus tuis? quando incomprehenſibilis illa Dei Maieſtas cum omni diuinitatis plenitudine in virgineum tuum delapſa ſinum carnem aſſumpſit de carne tua & ex filio altiſſimi, factus eſt filius tuus! Quæ eleuatio mentis ob ſummum huius ineffabilis ſacramenti ſtuporem, quæ ſuauitas, quæ amoris flammæ, qui charitatis exceſſus id temporis deuotum pectus tuũ non occupauit? Si enim anima ſponſæ ad auditam ſponſi vocem tota liquefacta eſt, tu quomodo in ingreſſu ipſius ſponſi in *Rom. 9.* *Cant. 5.*

vir-

virgeneum thalamum tuum, hoc est, inter tantas charitatis flammas tota consumpta non es? O quam verè magna fuerunt, quæ in te operatus est is, qui potens est; quæ quoniam nullo ingenio, nec humano, nec angelico comprehendi queunt, expone ea tu, quæ sola ea comprehendisti, ac in te fæliciter experta es, illo ergo puncto celebratæ sunt in Maria regiæ illæ nuptiæ æterni verbi cum natura humana. Tunc adimpletæ sunt figuræ, & scripturæ veteris documenta. Tunc finem habuêre accensa sanctorum Patriarcharum, Prophetarumque desideria, & vota, Tunc stellarum cæli ante faciem Dei Sinai dulcissimum illud manna, illum verum, & viuum panem, qui daturus erat vitam, & salutem mundo. Tunc de monte abscissus est, sine manibus humanis paruus ille lapis, qui deinde crescens impleuit totam superficiem terræ. Tunc fecit Deus nouum super terram, vt fœmina citra viri operam, sua propria carne vestiret hominem. Tunc magnus ille legislator, ex cœlesti monte descendens, ad dandam nouam legem mundo, faciem suam diuinam operuit velo carnis nostræ mortalis, vt possit in terra viuere, & inter homines conuersari. Tunc denique misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, & iustitia, & pax se mutuò osculatæ sunt, perfectoque completum, & consummatum est magnum diuinæ pietatis sacramentum quod postea manifestatum in carne, iustifica-

Psal. 67.

Dan. 2.

Iere. 31.

Exod. 34.

Psal. 34.

ficatum in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mũdo, est assumptum est in gloria; vbi simul cum Patre, & Spiritu sancto viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

COLLOQVIVM.

LÆtare benedicta super omnes mulieres, gaude Angelorum gaudiũ, & pax hominum, salus mundi, & exultatio totius generis humani. Gaude, & nos quoq; miserandos Euę filios fac participes tãti gaudij, & exultationis, oro igitur te per hanc incomparabilem dignitatem tuam, & per plenitudinẽ gratiæ, qua omnipotẽs Deus te eo vsque extulit, vt tibi vnà cum ipso omnia essent possibilia, velis ab ipso Domino copiosam, & efficacem gratiam mihi impetrare qua eundem Dominum possim spiritualiter concipere, & in anima mea semper conseruare, atque ita merear per Dei misericordiam fieri particeps beati illius præmij, & gloriæ, quam nunc possides in cœlo. Nam Deus in hunc finẽ per te fecit se nostrum fratrem: vt sicut ille dignatus est fieri nostræ humanitatis particeps, sic nos quoque mereremur fieri consortes suæ diuinitatis. Supple ergo Virgo clementissima meam insufficientiam, imbecillitatem virium mearum confirma, vt ad eum finem peruenire possim, ob quem Dominus ex tuo vtero castissimo carnem

susce-

ſuſcepit. Noli mater noſtra ad preces noſtras viſcera miſericordiæ tuæ claudere: ſi enim tu, quæ es mater Dei, ac profunde, & mater miſericordiæ atque gratiæ, donum neges miſericordiæ, quid faciet inops anima mea, quò ibit, quò ſe conuertet? Succurre ergo mihi ô mater miſericors, neq; ad multitudinem peccatorum meorum reſpicias, quia Creator noſter non ad condemnandos, ſed ad ſeruandos peccatores carnem ex te aſſumpſit. Recordare te quoque ratione peccatorum ad tantam dignitatem euectam; vt eſſes mater Dei, Regina mundi, culta, & honorata ob omnib. creaturis.

DOCVMENTA.

1. *BEatiſſima Virgo animaduertens ſe modo tam inſolito, & tanto laudum præconio ſalutari ab Angelo, turbata eſt, ſeq; colligẽs examinauit qualiſnam eſſet iſta ſalutatio. Vnde mulieres omnes diſcere poſſunt, ſi quando ab aliquo præter morem laudentur, & verbis æquò humanioribus honorentur, ipſas quoq; debere conturbari, & ſuſpectum habere laudatorem: Si enim fas fuit Virgini turbari ad verba Angeli, quantò iuſtiùs turbari debent alia fœmina ad verba hominum: maximè hoc tempore quo inter homines tanta regnat malitia, & improbitas.*

2. *Si dignè volumus ſalutare glorioſam virginem, ita vt ſalutatio noſtra ſit grata, & accepta,*

pta, operam dare debemus vt comitem primò nobiscum habeamus puritatem cordis, quod faciemus, si desistamus à peccatis, & vitam nostram emendemus: vnde & hic angelus purissimum mundissimumq; speculum Virginem salutauit. Secundò debemus eam salutare fideliter, hoc est, non ore tantùm, sed etiam corde, & opere, non tepidè, sed ardenter, dedicando totum cordis affectum, omnesq; vires nostras in eius cultum, & seruitium, quod significatum est nomine Angeli Gabrielis, quod interpretamur, fortitudinem Dei. Tertiò debemus eam salutare reuerenter, & humiliter sicut quoque ab Angelo fuit salutata, nempè maxima submissione. Deniq; salutanda est nobis frequenter omni loco & omni tempore, qui enim hunc morem habet, non dubium, quin vicissim fructu suæ salutationis ab ea recipiant: nam cum illa sit humillima, non dedignatur resalutare suos salutatores: Ergo si sanctis votis, & desideriis, crebrisq;, & deuotis salutationibus ei obuiam procedamus, nõ negliget illa cum auxilijs opportunis, & donis cœlestibus nobis occurrere, sicut de ea scriptũ est, obuiabit illi, quasi mater honorificata. Eccl. 5.

3. Beatissima virgo, non modò fuit humilis mente, sed etiam sermone, & opere, cordis quidè humilitatem demonstrauit, dum se tantis Angeli laudibus indignam reputans, non gauisa, sed turbata est. In sermone quoq; humilè se ostendit, quando certior facta se esse electam in matrẽ Dei dixit: Ecce ancilla Domini. Opere etiam demonstrauit, quando post conceptum Dei filiũ se contulit ad visitandam, & iuuandã cognatã suam

ſuam Eliſabeth. Vnde diſcimus verum humilẽ non eſſe, qui tribus illis modis non demonſtrat humilitatem. Sunt enim qui magnam humilitatem declarant verbis, ſed ſi quid ab alijs illis dicatur contra eorum exiſtimationem, mox offẽduntur. Sunt, & alij qui humiliter de ſe ſentiãt, ſed ab alijs tales haberi nolunt, nec induci poſſunt, vt ſe vel coram æqualibus, vel inferioribus humilient. Alij verò ſunt, qui facile quidẽ exercent ſe in operibus humilibus, & abiectis, ſed in ijs ſuam quærunt laudem, & exiſtimationem. Omnes hi carent huius virtutis merito: ij enim ſoli verè humiles ſunt, qui beatiſſimæ Virginis exemplo cogitationibus, verbis, & factis ſemper ſe humiles demonſtrant.

4. *Beata Virgo audiens tanta encomia, turbata eſt hoc vnum ex certioribus ſignis hominis corde humilis eſt, ſi ad laudes ſuas turbetur, eáſque moleſtè ferat, & contra, ſi ob contumelias, & irriſiones hominum, lætetur, & gaudeat. Qui verò lætitia geſtiunt in laudibus ſuis, & multo magis qui ipſi prædicant, & oſtentant res ſuas, eo, quod in aliquo pretio habeantur: ac rurſus ij, qui dum nulla vel exigua eorum ratio habetur, aut pro meritis non honorantur, mox perturbãtur, & grauatè ferunt, omnes eiuſmodi quantumuis honeſtam vitam, atq; etiam religioſam ducant, potius viam ſuperbiæ, quam humilitatis ingreſſi ſunt.*

5. *Beata Virgo, cum apparuit ei Angelus, domi erat, & cubiculo ſuo inclusa. Si digni eſſe velimus cæleſti viſitatione internisq; conſolationibus, operam debemus adhibere, vt in nobis ipſis*

collecti

collecti ſimus, & à nimia hominum conſuetudine abſtracti. Nam verba quibus nos alloquitur Spiritus ſanctus, ſunt admodum delicata, & ſuauia. Vnde nec audiri poſſunt ab hominib. occupatis, & diſtractis, ſed ſolùm à quietis, & ſolitarijs, ſecundùm illud ſcripturæ Ducam eã ad ſolitudinem, & loquare ad cor eius.

6. *B. Virgo ad fauſtam ſalutationem Angeli, cum tanta laude coniunctam turbata eſt, & ſe ipſa collegit. Vnde diſcimus affluente conſolationum ſpiritalium copia, rebusq; huius mũdi proſperè euntibus nos potius debere timere, ob periculum grande nobis impendens Contra verò irruentibus in nos afflictionibus, & calamitatib. potius latari tum ob maiorem ſecuritatem talis ſtatus, tum etiam ob magnitudinem meriti.*

7. *Virgo benedicta cum verbis Angeli eſſet turbata, antequam reſponderet, ſeipſam collegit: quo exemplo docemur dum ſentimus nos aliqua perturbationem mentis vel tentatione commoueri, potius tacendum, quam aliquid decernendum eſſe, deinde conſiderandum quid facto opus ſit, ne quid dicamus vel faciamus, cuius nos poſtea paniteat conuenienter documento ſapientis* Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.

***

QVO-

QVOMODO BEATISS. VIRGO VISITARIT ELISABETHAM COGNATAM SVAM.

MEDITATIO VI. EVANGELIVM.

Luc. 1. EXurgens Maria in diebus illis abiit in montana cũ festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domum Zachariæ,& salutauitElisabeth.Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu S. Elisabeth,& exclamauit voce magna, & dixit,benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta

facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, & beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quę dicta sũt tibi à Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo. Manſit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus.

FIGVRÆ.

1. *IVdith enm capite Holofernis in Bethuliam reuertentem, totiúsque populi gratulatione & applausu receptam, sic allocutus est princeps Oziæ.* Benedicta es filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Iudith. 13.

2. *Consobrini Tobiæ, cum cognouissent prosperos eius post tot aduersa successus, cum gaudio eum visitarũt, & congratulati sunt de omnibus bonis à Deo illi præstitis.* Tob. 11.

3. *Anna mater Samuelis sterilis, filio à Domino donata, adorans Deũ* 1. Reg. 2.

dixit: Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meũ in Deo meo.

PROPHETIÆ.

Esa. 43. 1. *ANima mea exultabit in Domino, & delectabitur super salutari suo.*

Esa. 49. 2. *Dominus ab vtero vocauit me.*

Iere. 1. 3. *Antequam exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.*

CONSIDERATIONES.

1. VIrgo sanctissima post angeli discessum plena remansit duplici gaudio, tum ob diuinam filij Dei incarnationem in se peractam, tum ob admirandum & insperatum nuncium de sua cognata Elisabeth, quæ in extrema sua senecta, & sterilitate antiqua ex singulari Domini dono conceperat filium. Quare & ilico cõsilium de ea visenda cœpit, partim vt ei gratularetur de tanta gratia diuinitus cõcessa, partim quia voluntas erat filij, vt eam inuiseret, quo sua diuina præsentia, & Spiritus sancti infusione suum electum & dilectum amicum Ioannem adhuc in vtero matris existentem quasi baptizaret, & sanctificaret. Quid quæso Virginem ex solitudine illa tantopere amata extraxit, nisi officiosa & prodigiosa eius charitas?

Hæc

Hæc fecit, vt illa, quę tanta erat quietis amica & contemplationis, consuerátq; sola in cubiculi sui secreto viuere, nec mollitie ætatis, nec verecundia virginibus innata, nec asperitate montium, nec itineris longitudine vel molestia potuerit retardari, quin in publicum prodiret, & officia omnia Elisabethæ deferret. Charitas omnes inducias, omnem tarditatem, omne otiũ eripuit. Charitas reddidit pedes eius ad currendum veloces, & ad insolitam fatigationem tolerandam alacres, totiúsq; itineris molestias mitigauit. Charitas eá permouit ad ineundam sponte hanc visitationem, ad ingrediendam domum alienam, quò non erat inuitata, nec expectata. Charitas denique effecit, vt non iret solùm salutatum cognatam, sed etiam ad operá suam in ministeriis domesticis præstandam: iam enim probè intelligebat (vt illa quæ Christum Dominum iam in vtero gestabat) fraternę charitatis obligationẽ, hoc est, quemadmodum alter alterius onera portare, sanctis ministrare, honore inuicem præuenire, cum sollicitudine & feruore Spiritus proximorũ necessitatibus subuenire debeamus. Vbi quoq; perpẽde, magnam eius humilitatẽ, quod euecta ad tã sublimem statũ, qualis erat, esse matrẽ Dei, quę meritò & visitari, & ab omnibus gẽtibus coli, & honorari debebat, nõ dedignata sit se demittere, & ea officia subire, quę inferiores solẽt præstare superioribus. *Rom. 12.*

Nec mirum: habebat enim prudentissima virgo à cœlesti Patre erudita, perspectum filij institutũ, de quo scriptum erat, quòd per viscera misericordiæ suæ visitasset nos oriens ex alto, nullaque habita suorum commodorum ratione, nostram vtilitatẽ, propriæ vitæ, & honori antepositisset. Non secus Virgo, (quæ vitam suam ad exẽplum filij instituebat) posthabito suo commodo & solatio, in viam se dedit cum tanta humilitate, & festinatione ad visendam suaque præsentia & seruitio consolandam cognatam.

2. Exurgens igitur Maria, abiit in mõtana; congruenter autem Virgo in montana abiit post visionem angelicam, quia post degustatam cælestium dulcedinem, humilitatis passibus virtutũ culmen conscendit. Conueniebat vt alta loca peteret, quæ in beato vtero suo receperat filium altissimi hoc est, vt conuersatio eius non esset amplius in terra, sed mentem altiùs attolleret ad vitam nimirum cœlestem, ad opera cœlestia & diuina. Exurrexit quoque Maria, & in Montana ascendit, quoad personæ suæ dignitatem, quia è Virgine, & infœcunda, facta est mater, imò simul fuit Virgo & mater, priuilegio tam singulari, vt nulli vnquam id concessum fuerit nec cõcedi debuit, nisi illi, quę erat electa in Matrem Dei. Exurrexit deniq; Maria quia ex humili ancilla facta est æterni Patris filia vnigeniti filij eius mater, & Spiritus

ritus S. ſponſa. Abiit quoque *Maria in Mõtana.* Quid verò aliud deſignant hi mõtes, niſi montes ſanctos Iſraël, montes excelſos, montes aromatum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, alioríumque omnium Sanctorum veteris & nouæ legis? Imò aſcendit longiùs vſque ad Angelorum choros: ſed neq; inter angelos ſubſtitit, imò tranſcendit colles illos æternos, nam per abundantiam gratiæ, & puritatis ac perfectionis excellentiam, omnẽ cœleſtem creaturam exceſſit. Itaque hæc ſanctiſſima Virgo etiam antecelluit poteſtatibus, & dominationibus, atque etiam Cherubinis, & Seraphinis, donec peruenit ad fontem illum puriſſimum, ad virtutum, perfectionúmque Dominum, cuius illa (ſua carne eum veſtiendo) facta eſt Mater, imò illa erat mons altiſſimus domus Domini, de quo dixit Propheta: *Erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles.* Verè altus mons erat Maria. Sed vide quomodo illa in ſublimi ſuo ſtatu, obliita non ſit ſe quoque eſſe hliũ vallium: nam mox atq; aduertit ſe factam Dei matrẽ, magna feſtinatione deſcendit & ſe cognatæ ſuæ velut ancillã ſubiecit. Quo humilitatis profũdæ exẽplo facilè declarauit ſe eſſe matrem eius, qui cũ eſſet in forma Dei, ſeipsũ exinaniuit, & propter hominẽ, formã ſerui aſſumpſit. O anima mea, ſi tibi illa fœlicitas cõtigiſſet, obuiare Virgini

Pſal. 86.

Cant. 8.

Eſa. 2.

Phil. 2.

per montana cum festinatione occurrẽti: iámque aliorum sermone didicisses virgunculam illam habitu corporis tam simplicem & pauperem, esse matrem Dei, angelorum Dominam, reginam cœli, & terræ, ipsumque Deum totius orbis conditorem, gubernatoremque in forma pusilli infantuli vtero eius inclusum: quanto stupore & exultatione mentis, & quasi à sensu alienata magna voce eam cœpisses prædicare beatam, & fortunatam abiectáque ex reuerentia in terram genibus flexis, post eam abeuntem prorepsisses, magna voluptate, deuotisque lachrymis oscula infigés sacrorũ eius pedum vestigiis?

3. Intrauit Virgo in domum Zachariæ, desiderio religiosam cognatam suam visendi. Vbi vide non dedignari Mariam ire ad Elisabetham, Christum ad Ioãnem, Dominam ad ancillam, Dominum ad seruum. Ac primò quidem Virgo, vt humillima, Elisabetham salutauit, non tanquam dubia (quasi testimonio Elisabethæ probare velit verba ab angelo sibi dicta) sed vt ei congratularetur, & officia quoq; sua illi offerret, vt quæ iam ætate, atq; etiam onere partus grauis, aliquo auxilio opus habebat. Elisabetha verò mox, vt audiuit vocem salutantis Mariæ, imò Christi ipsius Saluatoris sui, & Domini, qui per os matris illã salutabat, infans Ioannes viscerib eius adhuc conclusus, tanquam intimus cœlestis sponsi amicus, fuit ab illo reple

repletus Spiritu ſancto, ac Propheta, & præcurſor eius conſtitutus. Vnde & gratiæ illius, quam à Domino recepit, participem fecit & Matrem, implens eam ſpiritu prophetico, quo vterque illuminati & docti; Eliſabeth quidē cognouit quę-nā eſſet illa, à qua ſalutaretur, atque ideò illi tanquam Domini Matri cum debita reuerentia benedixit: Ioannes verò, accelerato in eo diuinitus rationis vſu, intellexit vtero Virginis incluſum Dominum ſuum eſſe, & Deum. Vnde cùm lingua & voce non poſſet, exultatione animi & motu corporis, è ventre prodire conantis, vt obuiam occurrat, & reuerētiam exhibeat, eum ſalutauit. Vide, quomodo adhuc agens in vtero prophetare incipiat, ſuáque exultatione mundo annunciare filij Dei aduentum, & quaſi è maternis viſceribus vociferatur, & dicit: *Ecce agnus Dei. ecce qui tollit peccata mundi.* Dic Sancte infantule; dic omnibus Prophetis maior, & plus quàm Propheta, vnde tantum tibi gaudiū & exultatio? nondum es natus, & iam prophetas? non vides matrem Domini, & vocem agnoſcis? ô quātò lætior ad eum recipiēdum abiiſſes, ſi tuis oculis eum videre potuiſſes! ô Propheta altiſſimi, benè apparet, quantum fuerit tuum deſideriū aduentū huius Saluatoris annunciandi, ante faciem eius veniendi, & digito illum toti mundo demonſtrandi. Nam necdum natus, incipis eum annunciare, & nondum

Ioan. 1.

conſpecta luce das teſtimonium de vera luce, & vtero adhuc concluſus, & alligatus conaris currere & officium exercere præcurſoris. O ſi natus fuiſſes, tuíſque oculis eum intueri, & manibus contingere valuiſſes, quàtò maior fuiſſet tua exultatio, quanto maiori gaudio obuiam illi proceſſiſſes, & ſupplex adoraſſes?

4. Itaque Elizabetha, vt diuinitus cognouit, ſe ſalutari à matre Saluatoris mundi, Domini ſui, ineffabili lætitia geſtiens, ei occurrit: & ſuauiſſimè amplexa eſt, nimióque gaudio exiliens magna voce exclamauit. Et rectè magna voce, quia magna erant dona, quæ agnouerat in Maria. Magna quoque voce, quia agnouit magnum illum Deum, qui exiſtit in omnibus locis, ibi corporaliter eſſe præſentẽ. Exclamauit ergo voce magna, nõ tumultuoſa, ſed deuotaneq; enim poterat exiguę deuotionis vocibus collaudare Deum illa quæ Spiritu ſancto plena tota charitate ardebat, quæ in vtero ſuo geſtabat illum, quo inter mulierum natos non erat maior. Exclamauit igitur & dixit, *Benedicta tu inter mulieres & benedictus fructus vẽtris tui*, qui tam copioſis benedictionibus dulcedinis ſuæ te diuinitus præuenit. Benedicta arbor. Benedictus arboris fructus. Benedicta virga radicis Ieſſe, & benedictus flos, ex tali radice procedens. Benedicta talis mater, & benedictus talis filius. Imô ô mater beatiſſima non ſolùm

Pſal. 20.

ſolùm es benedicta inter mulieres, ſed etiã inter mulieres benedictas vberi benedictione es Benedicta. Nam ab hoc benedicto tuo fructu ſummam gloriam ſalua virgineæ integritatis flore recepiſti. Benedicta inter mulieres, quia tuo diuino partu ab omnibus mulierum filiis excluſa, & ſublata eſt primę matris noſtræ maledictio. Et benedictus fructus ventris tui, cuius opera incorruptibilitatis, & ſupernæ hæreditatis ſemen in Adamo perditum, gratiosè eſt reſtitutum. Fructus verè benedictus, non benedictione generali (vt aliorum omnium Sanctorum) ſed vt loquitur Apoſtolus, *quorum Patres, ex quibus Chriſtus ſecũdum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula.* De hoc fructu loquebatur Propheta, quando dixit: *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Benignitate vſus eſt Dominus nobiſcum, quando conſtituit Vnigeniti filij ſui, opera, genus humanum ab æterna maledictione vindicare. Vſus eſt benignitate, quando ingrediens mundum Spiritus ſancti gratia, conſeruauit vteri virginalis templum in Maria. Et tunc terra noſtra dedit fructum ſuum, quando eadem Virgo ex ſua carne terrena genuit filium ſecundùm diuinitatem Patri æqualem, ſed ſecundùm veritatem carnis matri conſubſtantialem. De hoc fructu quoque dixit Propheta. *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus*

Rom. 9.

Pſal. 24.

Iſa. 4.

terra ſublimis. Tunc germen Domini magnum fuit, & glorioſum, quando Filius Dei apparens temporaliter carne noſtra indutus, cœleſtium virtutum ſplendore clarus in mundo refulſit, & tunc fructus terræ fuit ſublimatus, quando caro illa, quam Deus de noſtra natura mortali aſſumpſit, ſuę reſurrectionis virtute facta immortalis exaltata, & euecta eſt ſupra cœlos. O Virgo fæliciſſima, quàm bene dixiſti, te ab omnibus generationibus appel-
Luc. 1. landam beatam! nam Gabriel in perſona omnium angelorum, & Eliſabeth in totius humani generis perſona nunc appellârunt te ſupra omnes alios benedictã, & beatam. 5. Subiecit deinde Eliſabeth. *Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me?* quaſi diceret. Ego, vt ſerua & ancilla, potius debui venire ad te, ſed magna tua, tuíque filij humilitas impulit te venire ad me. O quanta humilitas latet in mente huius ſanctæ mulieris. Cognouit Eliſabeth matrem eſſe Domini quæ ad ipſam venit: ſed quia animaduertebat ſe tanti meriti non eſſe, vt à tanta hoſpite inuiſeretur, dixit: *Vnde hoc mihi?* Nec mirum, quia Spiritus ille, qui ei contulit donum prophetiæ, dedit quoque donum humilitatis, ac illo quidem agnouit ad ſe venire matrem Saluatoris: hoc verò ſe eſſe indignam, quæ ab ea viſitaretur. Verùm quid admiraris tantopere Eliſabeth Matrem Domini venire te viſitatum? admirare potiùs, quòd

ad

ad imitandum filium suum veniat, non vt sibi seruiatur, sed vt tibi seruiat. Vbi nota, & illud, admirationem hanc non tam fuisse Elisabethæ, quàm infantuli Ioannis, qui in vtero materno agnoscens Christi præsentiam per os matris exclamauit, dicens: *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Sicut postea factus iam vir hæc ipsa verba, quæ nunc per os matris protulit, cùm baptismi causa ad ipsum veniret Christus, proprio ore enunciauit. Ego, inquiens, *à te debeo baptizari, & tu venis ad me?* Subiecit Elisabeth: Ecce, vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Vide quàm velox, & mirabilis sit operatio Spiritus sancti, quam citò anima sub hoc cælesti doctore aliquid discat: nam eo ipso momento, quo vox Mariæ peruenit ad corporeas aures, subitò Spiritus sancti virtus ingressa est cor eorum, qui eam audierant; nec solùm matrem, sed etiam infantulum vtero eius inclusum amore Dei ibi præsentis accendit. Vnde Elisabeth, quicquid per internam inspirationem didicerat, cœpit exteriùs præsentibus annũciare, & prædicare, dicens: *Beata quæ credidisti*, quia perficientur in te, quæ tibi dicta sunt à Domino. Vbi vide, quàm bene idem Spiritus, quo hęc sancta mulier repleta fuit, eam instruxerit: non solùm in rerum præsentium scientia, sed præteritarum quoque, & futurarum. Cognouit *Matth. 3.*

Elizabeth præſentia: vocando virginem, Domini ſui matrem,& fructum ventris eius benedicendo. Cognouit quoque præterita: quia vocando Virginem beatam quod credidiſſet,declarauit ſe ignaram nõ fuiſſe, & verborum ab Angelo ad eam dictorum, & conſenſus ab ea præſtiti. Habuit præterea ſcientiam futurorum, cùm dixit, in Maria omnia perficienda, quæcunque de illa dicta fuiſſent à Domino. Iam quis ſermone vel cogitatione conſequi poterit, quanta Spiritus ſancti gratia plena fuerit beatiſſima mater Dei, ſi tanta cæleſtium donorum lux in matre præcurſoris Eliſabetha emicuit? Si talia fuêre chariſmata, & priuilegia à Domino conceſſa ancillæ,qualia arbitramur fuiſſe collata ſanctiſſimæ eius matri?

7. Conſidera quomodo Maria cognito Eliſabethæ reſponſo, quo tantopere laudabatur,& magnificabatur, licet in corde exultârit, tamen ad tantas laudes pudore ſuffuſa fuerit: quantum ſeipſam humiliârit omnia ſoli Dei bonitati & liberalitati attribuendo, & quantas ſubinde gratias pro ſingulari hoc beneficio ſibi, totíque generi humano præſtito egerit. Denique cùm animaduertit gratias, & dona ſibi à Domino communicata, virginea verecundia,& humilitate hactenus ab ipſa cælata, reuelatione Spiritus ſancti ore aliorum patefacta, ilicò ipſa quoque nolens amplius ignem diuinum in pectore ſuo ar-

den-

dentem latere, cœleſtem ſui cordis theſaurum aperuit, ſublatiſque oculis & manibus in cœlum profunda humilitate, & deuotione, admirabile illud Canticum pronunciauit. *Magnificat anima mea Dominum, Et exultauit Spiritus meus, in Deo ſalutari meo* : ac ſi diceret. O Eliſabetha tu magnificas, & laudas me, propter bona, quæ in me vidiſti, ſed anima mea magnificat Deum Dominum ſuum, à quo omnia iſta bona mea profecta ſunt. Similiter Ioannes infans gauiſus eſt, & ob præſentiam meam exultauit, at ſpiritus meus exultat tantùm in Deo ſuo ſaluatore. O quàm libenter, quantóque affectu deuotionis hæc benedicta virgo in anima ſua laudârit, & magnificârit Dominum illum, à quo ſciebat ſe tantopere exaltatam, & magnificatam! O quanto maiori gaudio, & exultatione, quàm Ioannes, completus fuerit Spiritus eius! Ioannes enim tantùm exultauit ob Chriſti præſentiam, ſed illa exultauit, quòd ipſum Chriſtum ſemper ſecum haberet, & in vtero ſuo geſtaret! O quàm demiſsè ſe in corde ſuo humiliârit, & abiecerit, dum cogitaret, Deum ex tot mulieribus, in ſe ſolam pauperculam ancillam oculos ſuos coniecisſe! vnde & dixit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* O Virgo fœliciſſima, quis ſenſus fuit tui amoroſi cordis, cùm videres te tot, támq; admirandis donis à Domino ornatam, & circumſuſam, diceréſq; ? *Quia fecit*

mihi

mihi magna qui potens eſt? Sed age, quę fuerunt illa magna, & mirabilia, quę fecit tibi Dominus, & in te operatus eſt? verè fas non eſt, vt nos ea indagemus: ſed nec vlla intelligentia creata comprehendi poſſunt: quare tantùm admirari ea licet, & in conſideratione eorum obſtupeſcere. Tu ergò, in cuius ſancta anima, & corpore Deus tam magna operatus eſt, fac nos illorum participes, vt tecum exultare, eundémque Dominum ſuis laudibus celebrare poſſimus.

7. Conſidera quod ſequitur, quemadmodum ſanctiſſima Virgo cum Eliſabetha permanſerit, quaſi menſibus tribus, ídque conuenienter: vt nempe hoc temporis ſpatio Eliſabeth à Maria, & Ioannes à Chriſto accuratiùs erudirentur. Vbi cogitare potes, ſi primus Virginis in domum illam ingreſſus tantùm attulit fructum, vt ad eius ſalutationem Ioannes præ gaudio exultârit, & ſanctificatus fuerit, ac etiam mater fuerit impleta Spiritu ſancto, quantam putamus in vtróque acceſſionem ad Sanctitatem factam eſſe tam diuturna cohabitatione? Si Iacob Patriarcha ſua præ-
Gen. 30. ſentia in ædibus auunculi ſui Laban idololatræ, toti familiæ benedictionem attulit, & arca teſtamenti totam domum Obededom, quandiu in ea erat, benedictione impleuit, quàm eximiis, & ſingularibus benedictionibus arbitrabimur dotatam fuiſſe domum Zachariæ, in qua tàdiu

per-

permãsit sanctissima mater Dei? imò Deus ipse in illa, à quo continenter profluebant & redundabant omnia genera charismatum, & benedictionum! O quàm ingens fuit commune illud duarum fœlicium Matrum gaudium: quàm dulcia, cælestiáque colloquia fuerunt inter eas instituta. O beata domus, in qua simul viuebãt matres tales, nempe Maria, & Elisabeth, & fœcundæ tali prole Iesu, & Ioanne. Vbi contemplare, quò Elisabetha vicinior erat partui, eò maiores ex gestatione vteri passam molestias, & ideo Beatã Virginem Dei matrem, summa humilitate, charitate, & sollicitudine eam consolatam fuisse, omniáque officia, & ministeria illi obtulisse. Ex alia parte, si Elisabetha ex visitatione Deiparæ tantam admirationem cepit, vt exclamans diceret. *Vnde hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me?* quantum capere debuit, imò quanto pudore suffundi, cum videret eandem causa sua, tam abiecta domi obire ministeria, ancillarum propria? Cæterum quæ exemplo filij sui (vt dictum est) non venerat ministrari, sed ministrare, si quando Elisabeth, vti verisimile est, illi prohiberet, ne se nimium abijceret in quibusdam rebus, tum mater ad matrem illa verba vsurpabat, quæ postea vsurpauit filius ad filium, *Sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Matt. 3.

Considera denique beatam Virginem, cum iam ferè treis menses effluxissent,

ante

ante Elisabethæ partum (id enim historiæ Euangelicæ videtur maximè consentaneum) cum bona Elisabethæ venia domum reuertisse. Quod magna cum prudentia factum est. nec enim virgineæ eius puritati conueniebat, mulieri parienti adesse, multóque minùs vt obstetricis obiret munera. Accedit, quod cùm ad Elisabethæ partum futurus fuerit magnus hominum tum cognatorum, tum vicinorum concursus, vt ei congratularentur, visum est sanctissimæ Virgini, quæ iam aliàs solita erat turbam, & conspectum hominum defugere, se solitudini cordis sui committere. Hìc iam perpende, si tantam lætitiã, & exultationem suo aduentu illi attulit familiæ, quantum mœrorem conciliârit suo decessu: minus certè fieri non potuit, quàm, vt, tum Elisabeth, tum ipse Ioannes vbertim per oculos matris illachrymarêt, & signa doloris ederent, sicut signa gaudij ediderant per eius aduentum.

8. O anima mea, quæ semper es tam arida & frigida, nec vllo exultationis vel gaudij spiritalis sensu tangeris: sed quid mirũ? semper enim heres in vallibus, & depressis huius terræ locis, ducendis sensuum tuorum gregibus, & pascendis eorundem capellis tantùm intenta, sic prorsus, vt nunquam mentem attollas sursum cum desiderio tendendi ad perfectionem, & sanctorum conuersationem. Exurge tandem: & mente saltẽ, considerationéq; pete iugamonti-

montium, si fortè spiritali aliquo gustu tãgaris suauissimorum complexuum, qui inter Virginem, & Elisabetham exstiterunt; si adlubescat officiosa illa amoriſq; plenissima mutua vtriusq; consalutatio, vt causam exultandi cum Ioanne habeas, & solatium cum Elisabetha commune accipiẽdi: ac ob tot beneficia spiritalia tibi, licet immerenti, collata: vnà cum matre sanctissima accinere possis sacrum illud canticũ, *Magnificat anima mea Dominũ.* Accede ergo anima mea, & quantùm potes, labora, vt tantis gaudijs interesse possis: abiice te ad pedes nunc huius, nunc illius, & in vtero Matris spõsum tuum cœlestem adora, venerare quoque fidelẽ eiusdem sponsi amicum in vtero Elisabethæ delitescentem. O peccatores erigite animos, & nolite desperare, si enim tanta est Mariæ charitas, vt dignata sit visitare Elisabeth, eiq́ue licet multò inferiori seruire, non dedignabitur quoque ad vos solandos, & iuuandos venire: nec vnquam veniet vacua, quia secum defert fructum sui ventris, hoc est, Iesum Saluatorem nostrum, vitam nostram, & omne bonum nostrum. Beati, qui visitantur à Maria, Beati, qui obuiam eunt Marię, nam sicut scriptum est, qui inuenier illam, inuenier vitã, & salutem à Domino.

COLLOQVIVM.

O Virgo gratiosissima, & plus quã Angelica, in cuius labijs tanta est gratia diffusa

diffusa de cœlis, vt ad salutationis tuæ vocem Ioannes in ventre matris à Deo fuerit sanctificatus, & spiritu agnoscens Saluatoris aduentum summo gaudio exultârit; ipsa quoque Elisabeth Spiritu sancto plena prophetârit, totque diuinorum mysteriorum notitiam acceperit: obsecro te per incredibile gaudium quo tota illa Zachariæ domus perfusa fuit, & per ineffabiles illas ac cœlestes cõsolationes, quibus sanctissima anima tua quotidie mirabiliter reficiebatur ex æterni verbi corporaliter in te habitantis præsentia, vt mihi à Domino impetrare velis cor mundum, & castum, cor purum, & simplex, ab omnibus rebus terrenis illud abstrahendo, & ad amorem desideriumque cœlestium attollendo, atque vt deniq; dignetur animam meã ex huius vitæ ærumnis ad illa diuina gaudia transferre, vbi in æternum perfectè laudare, & magnificare illũ possim, pleneque lætari, & exultare in eo Creatore, & Saluatore meo.

DOCVMENTA.

1. *Beatissima Virgo post conceptionẽ filij Dei subitò exurrexit: vt nos instrueret, quoties bonum, & salutare propositum in corde conceperimus, ilico exurgendum esse, & deserendam prauam peccãdi consuetudinem, omnemq; somnolentiam, & ignauiam excutiendam; sicut exhortatur nos Apostolus.* Surge, *inquit*, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

2. *Virgo discessit è Galilæa, quæ significat vo-*

lu-

volubilitatem, vt intelligeremus debere nos ab amore & affectione rerum fluxarum & terrenarum discedere quæ ob suam instabilitatem comparantur volubili rotæ: eò quòd in illis nulla pax vel quies inueniri queat.

3. Virgo abiit cum festinatione, vt instrueret nos, bonis operibus iungendum ardorem, omniq; celeritate viam mandatorum diuinorum percurrendam, vt possimus dicere vnà cum Propheta, Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum, *sapiens quoq; consulit, dicens:* Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas, de die in diem. *Psal. 1. Eccl. 5.*

4. Virgo ascendit in montes, vt intelligeremus quemadmodum mons non sine difficultate ascenditur, sic sine labore, & vi sibi illata non posse ad culmen virtutis perueniri. Atq; etiam vt doceremur, si securi esse velimus de salute nostra, operæ pretium esse, vt tendamus ad fastigiũ vitæ perfectæ, abstrahendo se à rebus terrenis, & inhiando cœlestibus secundùm consiliũ ab Angelo datum Loth. Ne stes in omni loco circa regionem, sed in mõte saluum te fac. *Mũdus enim tot laqueis, & periculis plenus est, vt homo ægrè se ex illis explicare possit.* *Gen. 19.*

5. Virgo intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth, ad infermandos nos, eos qui hinc inde vagantur, nec vnquã se colligunt ab huius sæculi curis, diuina visitatione salutationeq; ipsius matris Dei esse indignos, conuenienter mandato à Domino Apostolis dato, ne quẽquam salutarent in via, si verò domum aliquã ingrederentur, precarentur eis pacem.

6. Beata

6. *Beata virgo, quamuis facta esset mater Dei, tamen non verita est domittere se ad inferiorem visitationem, & ministerium præstandum Elisabetha: vt nimirum exemplum humilitatis omnibus præberet, ac singulatim magna dignitatis hominibus, intelligerentq; quò quis in sublimiori statu versatur hoc rem laude, & honore digniorem facere. quò se deijt magis ad subueniendum subditis in eorum necessitatibus, secundum illud sapientis* Quantò maior es, humilia te in omnibus.

7. *Si Elisabeth Spiritu sancto plena, quòd mater Dei domum suam intrasset, dicebat,* vnde hoc mihi, *Nos, qui sumus peccatis pleni, quid dicere vel facere debemus, quâ de ipsa Deus dignatur sacramentaliter in domum animæ nostræ spiritualem intrare? quanta reuerentia, quas gratiarum actione, quibus operibus excipere deberemus talem hospitem?*

8. *B. Virgo vt audiuit se laudari, & beatam prædicari ab Elisabetha, dixit:* Magnificat anima mea Dominum, *vt doceremur si quando ob donum aliquod à Domino concessum, vel opera bona laudemur, non debere nos aut oblectari illo laudum nostrarum præconio, aut vanè in eo gloriari, sed potius totum attribuere Deo, laudemq; in eum transferre à quo omnia dona in nos profluxerunt.*

9. *B. Virgo cum iret visitatum Elisabetham, cum festinatione iter confecit, sed in domo cognata commorata est mensibus tribus, nempe vt mulieribus honestis exemplum daret, domi potius hærendi, quàm in publicum prodeundi.*

DE

DE PVRIFICATIONE B. VIRGINIS.

ET PRÆSENTATIONE CHRISTI IN TEMPLO.

MEDITATIO VII.

EVANGELIVM.

POstquã impleti ſunt dies purgationis Marię ſecundùm legẽ Moyſis, tulerũt illum in Hieruſalem, vt ſiſterent eũ Domino, ſicut ſcriptum eſt in lege Domini Quia omne maſculinum adaperiẽs vuluam, ſanctum Domino vocabitur, & vt darent hoſtiam, ſecundùm quod dictum eſt in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon, & ho-

& homo iſte iuſtus, & timoratus, expectans conſolationem Iſraël, & Spiritusſanctus erat in eo. Et reſpõſum acceperat à Spiritu S. non viſurum ſe mortem, niſi ptiùs videret Chriſtum Dominũ. Et venit in Spiritu in templum. Et cùm inducerent puerum Ieſum parẽtes eius, vt facerent ſecundùm conſuetudinẽ legis pro eo, & ipſe accepit eum in vlnas ſuas, & benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis ſeruum tuum Domine, ſecũdùm verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Quod paraſti ante faciẽ omnium populorum. Lumen ad reuelationem gẽtium, & gloriam plebis tuæ Iſraël. Et erat pater eius, & mater mirantes ſuper his quæ dicebãtur de illo. Et benedixit illis Simeõ, & dixit ad Mariam matrẽ eius. Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël, & in ſignum, cui contradicetur: & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, vt reuelẽtur ex multis cordibus co-

gi-

gitationes. Et erat Anna prophetiſ. filia Phan. de tribu Aſer, hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat cũ viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua eratvſq; ad annos octoginta quatuor, quæ nõ diſcedebat de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc ipſa hora ſuperueniens confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Iſraël.

FIGVRAE.

1. *MAndauit Deus in lege ſibi offerri quotidie duos agnos immaculatos, vnum manè alterum ad veſperam, ad præfigurandum duas oblationes à CHRISTO vero & immaculato agno Patri cœleſti offerendas. Alteram initio vitæ hoc die, in ſua præſentatione; alterã in fine, in ara crucis pro generis humani redemptione.* Exod. 29. Num. 28.

2. *Anna mater Samuelis ante ſterilis, impetratum precibus à Deo filium obtulit in domo Domini dedi-* 1. Reg. 1.

cando

cando illum ministerio Domini, & simul vitulum in sacrificium offerendo.

PROPHETIÆ.

Psal. 39. 1. *SAcrificium & oblationem noluisti, aures autem prabuisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi ecce venio.*

Agg. 2. 2. *Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria.*

Mala. 2. 3. *Statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis.*

Psal. 47. 4. *Suscepimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui.*

Psal. 97. 5. *Notum fecit Dominus salutare suum, ante conspectum gentium revelauit iustitiam suam.*

CONSIDERATIONES.

LÆtare filia Sion, Hierusalem gaudiũ tuum omnibus populis annuncia. Exultate portæ, & muri templi sacri, & suscipite Dominum & Deum vestrum, qui hodie aduenit, ad offerendum se in commune pro salute omnium. Hodie fructus terræ sublimis oblatus est creatori. Hodie sacrificium matutinum, hostia pacifica delata est à parentibus, & Virgineis Mariæ ma-

manibus in templo oblata, & à sanctis illis senibus Simeone, & Anna susceptа. Aperi Hierusalē, ciuitas magni Regis portas tuas illi, qui omnibus aperuit portas sepulchrorum, & diruptit potētia sua portas inferni. Hodie Deus ille, qui Moysi legem dederat in monte Sinai, legem, suæ ipsius legi subiectus, adimpleuit. Hodie cælestis sponsus simul cum suo nuptiali thalamo templum ingreditur, Dominus ipsius templi. Egredimini filiæ Hierusalē, & lucernis accensis alacriter occurrite veræ luci, coniungite voces vestras cum choris angelicis, & omnes simul eius laudes decantate: nam omnes fines terræ pleni sunt eius bonitate, omnes creaturæ tā cælestes, quàm terrestres, & infernales sunt plenæ eius misericordia, donis & beneficiis. Itaque omnes gentes cum gaudio eum recipiunt; omnis terra eum adorat, omnis lingua confitetur, & glorificat hūc Deum infantulum, natum quidem à matre, ante dies tantum quadraginta, sed à Patre genitum ante omnia sæcula. Infans est nutritus lacte, sed dans cibum, & alimentum omni creaturæ. Infans, qui quasi infirmus, patitur & plorat, sed toti mundo vitam, & lætitiam impertiens. Infans obuolutus & ligatus fasciis, sed nos omnes à peccatorum vinculis exoluens. Infans in terra matris deportatus manibus, sed in cœlo requiescens in sinu Patris. Offert secundum legem

in templo ſacrificium, & eidem in cœlo omnia offeruntur ſacrificia. Ipſe eſt donũ, eſt Pontifex, eſt altare, & propitiatorium, eſt is, qui offert, & ſimul eſt is, qui pro omnibus offertur, & is, qui recipit oblationem & ſacrificium. Quare omnis ſtatus, omnis ſexus, & omnis ætas exultat, & geſtit in cœleſtis huius infantis oblatione tot myſteriorum plena. Virgines quidem, quia Virgo permanens Virgo eum genuit. Viduæ, quia Anna vidua meruit eum videre, & aliis quoque annũciare. Coniugatæ exultant, quia fuit reuelata Eliſabethæ, quæ & de eo necdum nato prophetauit. Exiliunt quoque infantes, quia Chriſtus infans ſuæ infantiæ primitias templo conſecrauit. Denique & ſenes quoniam Simeon ſenex illam gratiam à Spiritu ſancto impetrauit, vt non antè ex hac vita excederet, quàm Chriſtum Dominum, veram vitam conſpexiſſet.

2. Conſidera quomodò Virgo, poſtquam diuino partu ſuo ditaſſet, & conſecraſſet præſepe Bethleemiticum, elapſis quadraginta diebus, quibus per legem nõ erat fas ingredi templum, abſcedat, & cum puero Ieſu ſe conferat Hieroſolymam, vt eum velut agnum immaculatum æterno Patri in ſacrificium matutinum pro generis humani liberatione offerret. Vbi obſerua duas fuiſſe leges de muliere parientæ. Altera erat, vt ſi gigneret maſculum ſeptem diebus, quaſi immunda ſepararetur

Luc. 11.

à con

à consortio hominum: quibus finitis, hoc est, die octauo circumcideretur infans, & ipsa triginta tres alios dies domi remaneret, nec foras autè exiret, aut templum intraret, quàm tota esset purificata; Quibus diebus expletis, cum filio adibat templum oblatura sacrificium pro se & filio. Altera lex erat speciatim de primogenitis, quæ Dominus (inde ab eo tempore, quo sustulit omnia primogenita Ægypti, sola autem primogenita populi Israel seruauit) sibi voluit offerri, & consecrari sicut & omnium aliorum fructuum primitias sibi offerri voluit. His ergo legibus, & præceptis voluit filius Dei natus ex muliere esse subiectus, eásque in se, & Matre sua sanctissima perfectè adimpleri. Non erat satis vero humilitatis magistro (quānis omninò esset æqualis Patri) se humili virgunculæ submittere, sed voluit quoque, vt nobis exemplum daret, submittere se legibus illis, quibus alioquin soli peccatores, & serui erant subiecti. Hic vide, quomodò Saluator noster semper magis, magísq; proficiat in obediētia, humilitate, & charitate: In obediētia, quia vt antè in circūcisione, sic nūc in sua redēptione se subiicit præcepto legis. In humilitate, quia primò in natiuitate se demōstrauit pauperē, pòst in circumcisione assumpsit symbolum hominis peccatoris, nunc autem se præsentat, & offert quinque denarios pro sua redemptione, qua re declarat

Exod. 13.
Num. 8.

se non solùm pauperem & peccatorem, verumetiam seruum habentem opus redemptione. Demonstrat deinde suam charitatem, quia cum diues esset, voluit fieri pauper, ad ditandam nostram paupertatem, & cùm esset innocens, & immaculatus pro nostrorum peccatorum remedio assumpsit formam peccatoris, cumq; esset liber, velut verus filius, hæréque legitimus in domo Patris sui, causa nostra suscepit formam serui, vt nos vindicaret liberaréq; è Tyranni infernalis faucibus, & in verâ filiorum Dei libertate assereret.

3. Considera nec sanctissimam quidem Virginem hunc legi mulierum immundarum fuisse astrictam, eò, quòd (vt Spiritus sanctus eius sponsus eam appellat) fuerit tota pulchra, & pura ab omni peccati macula. *Cant. 4.* Et cur abstinere à templi ingressu debebat illa, cuius venter intactus factus erat templum Spiritus S.? Quare non intrabit templum illa, quæ genuit templi dominum? Verè ô virgo beatissima, nulla causa fuit, cur hac purificatione egeres, ac primò quidem nulla fuit respectu tui, quia tota purissima, tota mundissima fuisti, quia Spiritus sanctus superueniens in te mentem tuam purificauit; & Christus assumendo de te carnem, purificauit, & sanctificauit veteram tuum. Secundò, nec necessaria tuit purificatio ratione partus, *Sap. 7. Hebr. 1.* in quo, ne fingi quidem potest vlla impuritas: Christus est enim ipsa sanctitas, est

can

candor æternæ lucis, speculum sine macula, omnisque puritatis fons, qui venit ad expurganda omnia nfundi peccata. Tertiò, nec fuit necessaria ratione legis; quæ supponebat conceptionem mulieribus communem, sed eu non ex viri commercio, sed diuinitus supra omnem legem & naturam concepisti, includendo hominem viscer bus, sed intactis, sicut dixit Propheta: *Nouum faciet Dominus super terram, fœmina circundabit virum.* Non erat igitur Maria hac lege compr. hensa, sicut nec circuncisionis lege comprehensus erat filius: voluit tamen prudentissima virgo multis de causis obseruare illam. Ac primò quidem, vt se ipsi filio suo conformaret, qui factus sub lege, non venerat soluere, sed adimplere legem. Vnde sicut ille, licet opus non haberet, voluit circũcidi Sic illa, vti vera humilitatis filij imitatrix, licet immunis à macula voluit teneri lege purificationis Secundò, vt exẽplum obedientiæ daret, parendo maiorũ institutis, & decretis. Tertiò, ne Iudæis (quos conceptionis, virgineæque puritatis eius mysterium latebat) occasionem aliquam præberet, vel scandali, vel obmurmurationis, quasi esset legis præuaricatrix Quartò, vt hac Christi filij sui oblatione (qui nostra est purificatio) veteris legis præcepto finem imponeret. Denique vt nobis exemplum obedientiæ & humilitatis relinqueret, vt ipsa quoq; ceu virtu-

tum magistra, quod verbo, vti mulier, nō poterat, saltem doceret exemplo.

4. Considera quomodò B. Virgo in eo itinere conficiendo vsa fuerit comite dilecto sponso suo Ioseph, imò comitibus multis angelorum choris, qui & illi, velut Dominæ suæ, & domino ipsi, in brachiis illius gestato iucundum & honorificum comitatum præbebant. Vide quantò maiori lætitia & festinatione adierit sacrum templum, & domum Dei, quàm domum Zachariæ: & quātò nobilius fuerit donum ab ea gestatum ad offerendum, Deóque longè gratius, & acceptius, quàm fuerint dona Abel, & sacrificium Abrahæ; hæc enim erant vmbræ & figuræ, sed illud fuit ipsa veritas, hæc erant creaturæ, at illud, ipse creator. Eia anima mea sequere deuotis passibus in hoc itinere præcedentem Mariam, perpende, qua modestia, & honestate progrediatur, qua reuerentia pretiosum illum cordis sui thesaurum, filium suum, & Deum suum deportet, & virgineo pectori suo astringat, qua deuotione templum, benedictum ventris sui fructum in brachiis gestādo, ingrediatur. O quàm pulchrum, & iucundum fuit hoc spectaculū tam filij, qui gestabatur, quàm matris, quæ eum gestabat, cuius præsentia angelos recreabat, & totū templum exornabat. Tunc ingresso vero Salomone, & Domino templi in suum ipsius templum impletum est, quod prædixit Propheta.

Maio

Maiorem gloriam fore huius domus, quàm primæ à Salomone fabricatæ. Tũc quandò hæc viua, & vera teſtamenti arca (in qua reconditi erant omnes theſauri æternæ ſapientiæ, & ſcientiæ) manibus Virginis introducta eſt in ſuum ſanctuarium, alia feſta, cãtus, & iubilationes vidiſſes, & audiſſes celebrari in cœlis, quàm viſæ vel auditæ ſint in terris, quando Salomon introduxit, & collocauit arcã ſub Cherubinorum alis. *Agg.* 2. 3. *Reg.* 8.

5. Et ecce *homo erat in Hieruſalem, cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſrael*, homo verè animi virilis, ob ardens, & conſtans humanæ redemptionis deſiderium. Vnde & magna de cauſa vocatus eſt iuſtus, quia non tam optabat ſalutem ſuam, quàm communem omnium, non tam quærebat propriam, quàm totius populi conſolationem. Deſiderabat hic ſanctus homo ex vna parte ſolui corporis vinculis; ex alia verò ingenti flagrabat deſiderio, vt ante ſuum ex hac vita diſceſſum, ſuis oculis mereretur videre Chriſtum Dominum. Sciebat enim beatos eſſe oculos, qui eum videre mererentur. Vnde & Spiritui ſancto (qui ſeipſum negare non poteſt illis, qui ex corde illum deſiderant) placuit cõſolari illũ, & certũ reddere de hac gratia. Quare & ipſe multò ardentiori humanæ ſalutis zelo inflãmatus continuis precibus, lachrymíſq; cœleſti Patri ſupplicabat

vt citò emittere vellet Saluatorem suum, & tandem finem imponere grauissimis malis, quibus magno suo dolore cernebat mundum redundare. Id postulabat, id expectabat, diéque & nocte suspirabat dicens cum Propheta. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur.*

Esa. 62.

6. Considera quomodò puerulus Iesus (dum manibus parentum induceretur in templum) memor sui serui, & amici Simeonis, interna quadã inspiratione eum commonefecerit. Deinde, quanta celeritate, & gaudio sanctus hic senex diuinitus admonitus ad templum venerit. Cùmq; illi à Spiritu sancto patefactum fuerit, puerum illum, quem in brachiis matris viderat, esse Christum Domini, illũ tantoperè desideratum, & animæ suæ dilectũ, cogita, quid ille facere, quid dicere potuerit, quando iam morti vicino occurrit vita, quando propriis oculis cernebat suũ Deum, creatorem & vniuersi Dominum factum hominem, illum Saluatorem, à tot Prophetis prædictum, & ab omnibus veteribus sanctis tantoperè expectatum: quando virgo ipsa eius mater (cui optimè perspecta erat voluntas filij) illum ei obtulit, in manibus eius deposuit. O benedicte IESV, ô dulcis amator hominum, quàm es liberalis, imò prodigus tui apud eos, qui te desiderant?

Simeon

Simeon tantùm tenebatur desiderio videndi tui, sed tu præterea voluisti reponi in eius brachiis. Quos verò animi sensus putamus tunc extitisse in hoc sancto sene? quot amoris lachrymas ex beatis oculis fluxisse? quot laudibus, quanta gratiarum actione prosecutum fuisse illum, qui eum in tantum bonum conseruarat? O quanta deuotione brachia sua extendit ad recipiendum tantum thesaurum? quanta voluptate receptum, est amplexus & osculatus, nullam ex eius conspectu capiens satietatem. Considera deinde econtrà, quomodò dulcis Iesus amator diligentium se, suo amabili respectu eius cor omninò liquefecerit diuina, & ineffabili consolatione. Vnde nihil mirum fuit, animam illam sanctam jam rerum creatarum fastidio affectam, post conspectum Creatorem flagrasse desiderio ex hac vita discedendi, dum pronunciauit illud plenum affectu canticum. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Quomodo enim poterat aliter dimitti, quàm in pace ille, qui non modo oculis suis cernebat, sed etiam manibus suis tenebat ipsum Deum pacis, & consolationis? Hic enim vidisses, qui per affectam ætatem vix potorat se commouere, facillimè suis brachiis gestasse, & mouisse opificem, ac gubernatorem totius vniuersi. Portabat eũ, à quo portabatur: qui verbo virtutis suæ por-

tabat, & ſuſtentabat omnia. Fœlix es Simeon, quòd Spiritus ſancti ductu in templum veneris, & duo magis illuſtria templa inueneris. In illo templo inueniſti vnam matrem, & vnum filium, vtrumque templum ſanctum, & viuum Domini. Beati tui oculi, de quibus benedixit Spiritus ſanctus, eos mortem non viſuros, quandoquidem meruerunt videre vitam. Et qua ratione auſa fuiſſet mors in eius oculos ſe ingerere, quos Chriſtus ſua viuifica viſione conſecrauit, ſi ipſe Simeon id non deſideraſſet, & poſtulaſſet?

7. Iam verò, vt ne deeſſet vel ſexus, vel ſtatus vllus, qui non redderet teſtimonium Saluatori in hoc primo ſuo in mundum ingreſſu, eadem ipſa hora præſtò in templo adfuit illa ſancta vidua Anna, cui ob vitam religioſam, & accenſum deſiderium humanæ ſalutis veriſimile eſt, ſicut non ſecus quàm Simeon fuit donata ſpiritu prophetico, ita Spiritu ſancto illi reuelatum fuiſſe, eam ante mortem ſuam viſuram Chriſtum Dominum. Itaque diuina inſpiratione certior facta illum eſſe præſentem, poſtquam cum incredibili lætitia humiliter eum adoraſſet, magnáque ſua conſolatione etiam brachiis excepiſſet, cœpit eius laudes prædicare omnibus expectantibus, & deſiderantibus redemptionem Iſraël. Mulier verè hoc dono, priuilegióque videndi filium Dei in

car

carne, digna! Erat enim assidua in templo Dei, castitatem colebat, continuis ieiuniis carnem suam macerabat, & in oratione perseuerabat. Talibus communicat Deus suum spiritum, & cœlestibus consolationibus dignos reddit. Hîc perpende quanta fuerit voluptas Virgini, cum summo cordis iubilo coniuncta, videre tantam accessionem in dies fieri ad gloriam filij. Verùm heu mater beatissima, hoc tuum gaudium mox insperato dolore, & afflictione fuit imminutum: nam cum Simeon inciperet vaticinari de Christi passione, & persecutionibus quas in vita esset perpessurus, addidit, dolore de Christo tuam quoque sanctam animam velut gladio acutissimo transfigendam. Fuit hic acerbus nuncius tibi, ô clementissima mater, calix tam amarus, vt deinceps vsque ad vitæ finem nunquam vlla ex re verum gaudium capessere porueris. O Simeon tantam voluptatem tibi attulit conspectus Saluatoris, tantáque consolatione perfudisti eius matrem: cur ergo nunc clarissimas cordis eius aquas turbas, & consolationũ eius mel misces tam amari nuncij felle? O quantùm solatij hic dies illi attulisset, si certior reddita nõ fuisset de istis ærũnis per omnem vitã tolerãdis? Verùm æterna sapientia, Vnigenitus filius Dei, sicut à primo cõceptionis suæ tẽpore cœpit pro nobis ferre crucẽ: ita Matrem quoq; suã, tum

in templo ſacrificium, & eidem in cœlo omnia offeruntur ſacrificia. Ipſe eſt donũ, eſt Pontifex, eſt altare, & propitiatorium, eſt is, qui offert, & ſimul eſt is, qui pro omnibus offertur, & is, qui recipit oblationem & ſacrificium. Quare omnis ſtatus, omnis ſexus, & omnis ætas exultat, & geſtit in cœleſtis huius infantis oblatione tot myſteriorum plena. Virgines quidem, quia Virgo permanens Virgo eum genuit. Viduæ, quia Anna vidua meruit eum videre, & aliis quoque annũciare. Coniugatæ exultant, quia fuit reuelata Eliſabethæ, quæ & de eo necdum nato prophetauit. Exiliunt quoque infantes, quia Chriſtus infans ſuæ infantiæ primitias templo conſecrauit. Denique & ſenes quoniam Simeon ſenex illam gratiam à Spiritu ſancto impetrauit, vt non antè ex hac vita excederet, quàm Chriſtum Dominum, veram vitam conſpexiſſet.

2. Conſidera quomodò Virgo, poſtquam diuino partu ſuo ditaſſet, & conſecraſſet præſepe Bethleemiticum, elapſis quadraginta diebus, quibus per legem nõ erat fas ingredi templum, abſcedat, & cum puero Ieſu ſe conferat Hieroſolymam, vt eum velut agnum immaculatum æterno Patri in ſacrificium matutinum pro generis humani liberatione offerret. Vbi obſerua duas fuiſſe leges de muliere parientæ. Altera erat, vt ſi gigneret maſculum ſeptem diebus, quaſi immunda ſepararetur

Luc. 11.

à con

à consortio hominum: quibus finitis, hoc est, die octauo circumcideretur infans, & ipsa triginta tres alios dies domi remaneret, nec foras autè exiret, aut templum intraret, quàm tota esset purificata; Quibus diebus expletis, cum filio adibat templum oblatura sacrificium pro se & filio. Altera lex erat speciatim de primogenitis, quæ Dominus (inde ab eo tempore, quo sustulit omnia primogenita Ægypti, sola autem primogenita populi Israel seruauit) sibi voluit offerri, & consecrari sicut & omnium aliorum fructuum primitias sibi offerri voluit. His ergo legibus, & præceptis voluit filius Dei natus ex muliere esse subiectus, eásque in se, & Matre sua sanctissima perfectè adimpleri. Non erat satis vero humilitatis magistro (quãuis omninò esset æqualis Patri) se humili virgunculæ submittere, sed voluit quoque, vt nobis exemplum daret; submittere se legibus illis, quibus alioquin soli peccatores, & serui erant subiecti. Hic vide, quomodò Saluator noster semper magis, magísq; proficiat in obediẽtia, humilitate, & charitate: In obediẽtia, quia vt antè in circũcisione, sic nũc in sua redẽptione se subiicit præcepto legis. In humilitate, quia primò in natiuitate se demõstrauit pauperẽ, pòst in circumcisione assumpsit symbolum hominis peccatoris, nunc autem se præsentat, & offert quinque denarios pro sua redemptione, qua re declarat

Exod. 13.
Num. 8.

se non solùm pauperem & peccatorem, verumetiam seruum. habentem opus redemptione. Demonstrat denique suam charitatem, quia cum dives esset, voluit fieri pauper, ad ditandam nostram paupertatem, & cùm esset innocens, & immaculatus pro nostrorum peccatorum remedio assumpsit formam peccatoris, cumq; esset liber, velut verus filius, hæréisque legitimus in domo Patris sui, causa nostra suscepit formam serui, vt nos vindicaret liberarétq; è Tyranni infernalis faucibus, & in verã filiorum Dei libertatẽ assereret.

3. Considera nec sanctissimam quidem Virginem hunc legi mulierum immundarum fuisse astrictam, eò, quòd (vt Spiritus
Cant.4. sanctus eius sponsus eam appellat) fuerit tota pulchra, & pura ab omni peccati macula. Et cur abstinere à templi ingressu debebat illa, cuius venter intactus factus erat templum Spiritus S.? Quare non intrabit templum illa, quæ genuit templi dominum? Verè ô virgo beatissima, nulla causa fuit, cur hac purificatione egeres, ac primò quidem nulla fuit respectu tui, quia tota purissima, tota mundissima fuisti, quia Spiritus sanctus superueniens in te mentem tuam purificauit; & Christus assumendo de te carnem, purificauit, & sanctificauit veteram tuam. Secundò, nec necessaria fuit purificatio ratione partus,
Sap. 7. *Hebr.1.* in quo, ne fingi quidem potest vlla impuritas: Christus est enim ipsa sanctitas, est

can

candor æternæ lucis, speculum sine macula, omnisque puritatis fons, qui venit ad expurganda omnia nfundi peccata. Tertiò, nec fuit necessaria ratione legis, quæ supponebat conceptionem mulieribus communem, sed eu non ex viri commercio, sed diuinitùs supta omnem legem & naturam concepisti, includendo hominem viscer bus, sed intactis, sicut dixit Propheta: *Nouum faci t Dominus super terram, fœmina circundabit virum.* Non erat igitur Maria hac lege compr. hensa, sicut nec circuncisionis lege comprehensus erat filius: voluit tamen prudentissima virgo multis de causis obseruare illam. Ac primò quidem, vt se ipsi filio suo conformaret, qui factus sub lege, non venerat soluere, sed adimplere legem. Vnde sicut ille, licet opus non haberet, voluit circũcidi Sic illa, vti vera humilitatis filij imitatrix, licet immunis à macula voluit teneri lege purificationis Secundò, vt exẽplum obedientiæ daret, parendo maiorũ institutis, & decretis. Tertiò, ne Iudæis (quos conceptionis, virgineæque puritatis eius mysterium latebat) occasionem aliquam præberet, vel scandali, vel obmurmurationis, quasi esset legis præuaricatrix Quartò, vt hac Christi filij sui oblatione (qui nostra est purificatio) veteris legis præcepto finem imponeret. Denique vt nobis exemplum obedientiæ & humilitatis relinqueret, vt ipsa quoq; ceu virtu-

tum magistra, quod verbo, vti mulier, nō poterat, saltem doceret exemplo.

4. Considera quomodò B. Virgo in eo itinere conficiendo vsa fuerit comite dilecto sponso suo Ioseph, imò comitibus multis angelorum choris, qui & illi, velut Dominæ suæ, & domino ipsi, in brachiis illius gestato iucundum & honorificum comitatum præbebant. Vide quantò maiori lætitia & festinatione adierit sacrum templum, & domum Dei, quàm domum Zachariæ: & quātò nobilius fuerit donum ab ea gestatum ad offerendum, Deóque longè gratius, & acceptius, quàm fuerint dona Abel, & sacrificium Abrahæ; hæc enim erant vmbræ & figuræ, sed illud fuit ipsa veritas, hæc erant creaturæ, at illud, ipse creator. Eia anima mea sequere deuotis passibus in hoc itinere præcedentem Mariam, perpende, qua modestia, & honestate progrediatur, qua reuerentia pretiosum illum cordis sui thesaurum, filium suum, & Deum suum deportet, & virgineo pectori suo astringat, qua deuotione templum, benedictum ventris sui fructum in brachiis gestādo, ingrediatur. O quàm pulchrum, & iucundum fuit hoc spectaculū tam filij, qui gestabatur, quàm matris, quæ eum gestabat, cuius præsentia angelos recreabat, & totū templum exornabat. Tunc ingresso vero Salomone, & Domino templi in suum ipsius templum impletum est, quod prædixit Propheta.

Maio

Maiorem gloriam fore huius domus, quàm primæ à Salomone fabricatæ. Tũc quando hæc viua, & vera testamenti arca (in qua reconditi erant omnes thesauri æternæ sapientiæ, & scientiæ) manibus Virginis introducta est in suum sanctuarium, alia festa, cãtus, & iubilationes vidisses, & audisses celebrari in cœlis, quàm visæ vel auditæ sint in terris, quando Salomon introduxit, & collocauit arcã sub Cherubinorum alis. *Agg.* 2. 3. *Reg.* 8.

5. Et ecce *homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus expectans consolationem Israel*, homo verè animi virilis, ob ardens, & constans humanæ redemptionis desiderium. Vnde & magna de causa vocatus est iustus, quia non tam optabat salutem suam, quàm communem omnium, non tam quærebat propriam, quàm totius populi consolationem. Desiderabat hic sanctus homo ex vna parte solui corporis vinculis; ex alia verò ingenti flagrabat desiderio, vt ante suum ex hac vita discessum, suis oculis mereretur videre Christum Dominum. Sciebat enim beatos esse oculos, qui eum videre mererentur. Vnde & Spiritui sancto (qui seipsum negare non potest illis, qui ex corde illum desiderant) placuit cõsolari illũ, & certũ reddere de hac gratia. Quare & ipse multò ardentiori humanæ salutis zelo inflãmatus continuis precibus, lachrymísq; cœlesti Patri supplicabat

vt citò emittere vellet Saluatorem suum, & tandem finem imponere grauissimis malis, quibus magno suo dolore cernebat mundum redundare. Id postulabat, id expectabat, diéque & nocte suspirabat dicens cum Propheta. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius, vt lampas accendatur.*

Esa. 62.

6. Considera quomodò puerulus Iesus (dum manibus parentum induceretur in templum) memor sui serui, & amici Simeonis, interna quadã inspiratione eum commonefecerit. Deinde, quanta celeritate, & gaudio sanctus hic senex diuinitus admonitus ad templum venerit. Cùmq; illi à Spiritu sancto patefactum fuerit, puerum illum, quem in brachiis matris viderat, esse Christum Domini, illũ tantoperè desideratum, & animæ suæ dilectũ, cogita, quid ille facere, quid dicere potuerit, quando iam morti vicino occurrit vita, quando propriis oculis cernebat suũ Deum, creatorem & vniuersi Dominum factum hominem, illum Saluatorem, à tot Prophetis prædictum, & ab omnibus veteribus sanctis tantoperè expectatum: quando virgo ipsa eius mater (cui optimè perspecta erat voluntas filij) illum ei obtulit, in manibus eius deposuit. O benedicte IESV, ô dulcis amator hominum. quàm es liberalis, imò prodigus tui apud eos, qui te desiderant?

Simeon

Simeon tantùm tenebatur desiderio videndi tui, sed tu præterea voluisti reponi in eius brachiis. Quos verò animi sensus putamus tunc extitisse in hoc sancto sene? quot amoris lachrymas ex beatis oculis fluxisse? quot laudibus, quanta gratiarum actione prosecutum fuisse illum, qui eum in tantum bonum conseruarat? O quanta deuotione brachia sua extendit ad recipiendum tantum thesaurum? quanta voluptate receptum, est amplexus, & osculatus, nullam ex eius conspectu capiens satietatem. Considera deinde econtrà, quomodò dulcis Iesus amator diligentium se, suo amabili respectu eius cor omninò liquefecerit diuina, & ineffabili consolatione. Vide nihil mirum fuit, animam illam sanctam jam rerum creatarum fastidio affectam, post conspectum Creatorem flagrasse desiderio ex hac vita discedendi, dum pronunciauit illud plenum affectu canticum. *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Quomodo enim poterat aliter dimitti, quàm in pace ille, qui non modo oculis suis cernebat, sed etiam manibus suis tenebat ipsum Deum pacis, & consolationis? Hic enim videres, qui per affectam ætatem vix poterat se commouere, facillimè suis brachiis gestasse, & mouisse opificem, ac gubernatorem totius vniuersi. Portabat eũ, à quo portabatur: qui verbo virtutis suæ por-

tabat, & ſuſtentabat omnia. Fœlix es Simeon, quòd Spiritus ſancti ductu in templum veneris, & duo magis illuſtria templa inueneris. In illo templo inueniſti vnam matrem, & vnum filium, vtrumque templum ſanctum, & viuum Domini. Beati tui oculi, de quibus benedixit Spiritus ſanctus, eos mortem non viſuros, quandoquidem meruerunt videre vitam. Et qua ratione auſa fuiſſet mors in eius oculos ſe ingerere, quos Chriſtus ſua viuifica viſione conſecrauit, ſi ipſe Simeon id non deſideraſſet, & poſtulaſſet?

7. Iam verò, vt ne deeſſet vel ſexus, vel ſtatus vllus, qui non redderet teſtimonium Saluatori in hoc primo ſuo in mundum ingreſſu, eadem ipſa hora præſtò in templo adfuit illa ſancta vidua Anna, cui ob vitam religioſam, & accenſum deſiderium humanæ ſalutis veriſimile eſt, ſicut non ſecus quàm Simeon fuit donata ſpiritu prophetico, ita Spiritu ſancto illi reuelatum fuiſſe, eam ante mortem ſuam viſuram Chriſtum Dominum. Itaque diuina inſpiratione certior facta illum eſſe præſentem, poſtquam cum incredibili lætitia humiliter eum adoraſſet, magnáque ſua conſolatione etiam brachiis excepiſſet, cœpit eius laudes prædicare omnibus expectantibus, & deſiderantibus redemptionem Iſraël. Mulier verè hoc dono, priuilegióque videndi filium Dei in

car

carne, digna! Erat enim assidua in templo Dei, castitatem colebat, continuis ieiuniis carnem suam macerabat, & in oratione perseuerabat. Talibus communicat Deus suum spiritum, & cœlestibus consolationibus dignos reddit. Hîc perpende quanta fuerit voluptas Virgini, cum summo cordis iubilo coniuncta, videre tantam accessionem in dies fieri ad gloriam filij. Verùm heu mater beatissima, hoc tuum gaudium mox insperato dolore, & afflictione fuit imminutum: nam cum Simeon inciperet vaticinari de Christi passione, & persecutionibus quas in vita esset perpessurus, addidit, dolore de Christo tuam quoque sanctam animam velut gladio acutissimo transfigendam. Fuit hic acerbus nuncius tibi, ô clementissima mater, calix tam amarus, vt deinceps vsque ad vitæ finem nunquam vlla ex re verum gaudium capessere potueris. O Simeon tantam voluptatem tibi attulit conspectus Saluatoris, tantáque consolatione perfudisti eius matrem: cur ergo nunc clarissimas cordis eius aquas turbas, & consolationũ eius mel misces tam amari nuncij felle? O quantùm solatij hic dies illi attulisset, si certior reddita nõ fuisset de istis ærũnis per omnem vitã tolerãdis? Verùm æterna sapientia, Vnigenitus filius Dei, sicut à primo cõceptionis suæ tẽpore cœpit pro nobis ferre crucẽ: ita Matrem quoq; suã, tum

ad augendum eius meritum, & coronam, tum vt ipsi esset similior, participem esse voluit fructuum crucis. Etenim non gloriosa res est pati; tam pretiosæ sunt tribulationes, & aduersitates, vt Deus voluerit matrem suam, vti erat ipsi omnibus aliis creaturis carior, ita etiam plus aliis omnibus creaturis pati, omníque doloris acerbitate affligi. Quantùm ergò halucinantur, quantùm seipsos decipiunt, qui afflictiones execrantur; omnésque huius vitæ labores, molestias, & cruces defugiunt. & in sectanda quiete, & perfruendis voluptatibus suam collocant fœlicitatem.

8. Contemplare deinde anima mea, deuotissimam processionem ab his sanctis personis institutam. Et primò vide, quanto gaudio, & exultatione venerabiles illi duo senes Iosephus, & Simeon antecesserint, cum Propheta cantantes: *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Proximè sequebatur Virgo Maria gestans in brachiis cum incredibili gaudio benedictum ventris sui fructum, in cuius comitatu magna reuerentia procedebat illa sancta Vidua Anna, summa cum lætitia laudans, & benedicens Dominum. Ad altare, vt peruentum est, vide quomodò beata Virgo flexis magna deuotione humi genibus, & oculis in cœlum sublatis. Patri æterno obtulerit pretiosum illud donum, quo nobilius, gratiúsque à condito orbe non fuerat obla-

oblatum : obtulerit inquam pro totius generis humani reconciliatione illam oblationem nouam, illam hostiam sanctam, & tantopere Deo gratam, de qua ipse Deus dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Matt. 3. Ex alia parte considera, quo nodò ipse puerulus Iesus se ipse in tenella ætate pro nobis obtulerit Patri in sacrificium matutinum, donec sacrificij vespertini postea in ara crucis de nouo offerendi tempus aduenisset. Tũc impletum est, quòd Propheta olim in persona ipsius Filij Dei dixerat, *Holocaustum pro peccato non postulasti, tunc dixi, Ecce venio:* Psal. 39. nam cum veteris legis sacrificia non valerent ad expiandum peccatum, venit hodie magnus ille Angelus testamenti ad templum sanctum suum, ibique obtulit seipsum, hostiam immaculatam, infinitáque vi ad omnia mundi peccata expianda præditam. Denique, & Virgo eius Mater, seipsam vnà cum illo obtulit Patri, offerens se ad omnes tribulationes, dolores, & cruces tolerandas, quas causa filij per omnem vitam erat perpessura. Quid verò minus facere poterat, quàm cum tã cælesti dono etiam donare seipsam, si plena erat hoc ipso suo dono?

6. Considera denique quàm exilem, & pauperculam oblationem huic tam eximio dono Beatissima Virgo coniunxerit. Nihil hic auri, nihil lapidum pretiosorum pro Rege cœli oblatum est, sed nec

vitu

vituli pro eo oblati ſunt, vti Anna pro ſuo filio Samuële obtulerat, verùm tantùm par turturum, vel columbarum. Id quod admodum congruenter factum eſt, nam vt pro hominibus terrenis animalia terreſtria oblata ſunt: ita pro Chriſto homine cœleſti offerri debuére animalia volatilia,& cœleſtia. Mandabat lex pro infante oblato in templo, offerri agnum in holocauſtum, & turturem vel columbam pro expiatione peccati: qui verò per inopiam non poterant offerre agnum, iis ſatis erat par turturum, vel duos pullos columbarum offerre. Et hæc fuit oblatio Virginis, vti perſonæ pauperculæ. Sed nec aliud decebat offerri ab illa ſimplici, & innocente columba, à caſtiſſima illa turture virgine Maria, quàm columbas vel turtures. Hæc quoque fuit benedicti filij eius Ieſu voluntas; qui, vt in aliis rebus omnibus ſemper paupertatem profeſſus eſt, ſic in hoc quoque actu voluit fieri oblationem propriam pauperum, vt nos paupertate ſua locupletaret, redderétque diuites in hac quidem vita, in fide,& gratia, in altera verò cœleſtium opum hæredes. Quanquam ſi rectè omnia expendas, non defuit hic ſupra turtures,& columbas, agnus Domino oblatus: quid enim aliud fuit infantulus Ieſus, niſi agnus ille immaculatus, qui venerat; vt pro totius mundi peccatis offerretur? O mater ſanctiſſima, magno quidem cum gaudio hodie offers filium

lium tuum, ſed veniet tempus, vt is qui hodie in brachiis Simeonis in templo oblatus eſt, cum tuo extremo dolore non in templo, ſed extra ciuitatem offeratur in brachiis crucis. Hodie aliena oblatione redemptus eſt, tunc autem ſanguine ſuo redimet alios. Hodie quinque ſiclis eum redimis, tibique reſtituitur, tunc verò ipſe quinque vulneribus redimet mundum,& tibi tolletur. Hoc eſt ſacrificium matutinum,illud erit veſpertinum. Hoc lætum, & iucundum eſt, ſed illud perfectius,& vtrique veſtrum acerbius. Quare vtrique ſacrificio optimè competit, quòd dixit Propheta: *Oblatus eſt,quia ipſe voluit.* Nam hodie oblatus fuit,non quòd ipſe opus haberet, vel quòd lege obligaretur, ſed quia voluit. Sicut & poſtea oblatus fuit in ligno crucis, non quòd illud meruiſſet, vel quòd Iudæi contra eum præualuiſſent, ſed quia ita voluit pro noſtra ſalute. O anima mea, ſi te quoque cum vera deuotione offerres, & in manus reſignares Domini illius, qui voluntariè ſe obtulit pro te, quàm tam experirêre in te pacem, quanto gaudio, quanta conſolatione perfunderêre?dulcis enim Ieſus tam bonus,& liberalis eſt,vt etiam pro exiguis noſtris oblationibus non nôrit aliud reddere,quàm ſeipſum infiniti boni fontem, & theſaurum.

COL-

COLLOQVIVM.

O Virgo sanctissima, ô pura, & innocens columba, quę ipsos quoque Angelos puritate vincis, obsecro te per admirabilem illam obedientiam, & humilitatem; qua benedictus filius tuus, Dominus vniuersi, nulla lege obligatus, tanquam seruus in templo præsentari, & tu mater eius immaculata immundarum mulierum instar voluisti purificari, & sanctificari, velis & animæ meæ tantam impetrare puritatem, vt sit quasi templum sanctum, quod ipse filius tuus ingredi, & incolere dignetur. Et sicut ille tam clementer iusto Simeoni concessit potestatem non solum videndi, sed etiam gestandi in vlnis suis Christum, sic mater suauissima mihi exores gratiam, vt antequàm migrem ex hac vita, possim Saluatorem meum, & cordis oculis videre, & desiderij brachiis complecti ac tenere, & nunquam ab eo diuelli. Ac sicut ille per manus tuas se obtulit pro me, sic etiam per te velit pauperculam meam oblationem, hoc est duo paruula munera, animã scilicet, & corpus meum acceptare, vt eùm in hac vita totum me diuino eius seruitio dediderim, in altera merear in templo cœlestis Hierusalem illi præsentari, vbi perfectè eum videam, eóque perfruar in æternum.

DO-

DOCVMENTA.

1. P. *Virgo subiiciendo se Purificationis legi, non solùm de opinione puritatis, & sanctitatis nihil detraxit, sed eam potiùs hoc humilitatis actu illustrauit: exemplum omnib. religiosis, & spiritualibus hominibus præbens, vt existimem consuetudine mortificandi, & humiliandi se, nihil de eorum existimatione bona imminui, immò augeri potiùs, ipsasq; virtutes his exercitijs conseruari.*

2. *B. Virgo & Ioseph us puerum Iesum detulerunt in templum Hierosolymitanum: vnde patres, & matres capere possunt exemplum suos filios Domino offerendi, & à primis annis pietatis ad Ecclesiam deducendi, vt audiant verbum Dei, & diuinis officijs inter sint, vt legant libros pios, & in doctrina Christiana virtutibus, bonisq; moribus instruãtur, secundum illud consilium Ecclesiastici.* Si filij tibi sunt, erudi illos & incurua eos à puritia eorum. *At heu multi filios suos potiùs diabolo, quàm Deo à primis annis offerunt, dum eos nimis indulgenter, & in summis delitijs educant, plenos vitijs, & peruersis moribus. Vnde in parentibus verè adimpletur quod scriptum est.* Immolauerunt filios, & filias suas dæmonijs, & non Deo. Eccl. 7. Psal. 103.

3. *Sicut in hac oblatione in tẽplo facta, Deoq; tam grata, interfuerunt tres personæ, nempè Ioseph, Maria, & puer Iesus, sic, si oblationem nostram, quam facimus de nobis ipsis velimus Deo gratam esse, & acceptam, tria sunt nobis necessaria*

ſaria. Primò virilis conſtantia in bono propoſito, & diuini cultus operibus. Secundò virginea puritas in noſtra conuerſatione. Tertiò ſimplicitas, & puerilis humilitas in noſtra conſcientia iudicando benè de omnibus, & reputando nos inferiores, & minores omnibus.

4. *Chriſtus Dominus noſter non obtulit pro nobis, in templo nec animalia, nec fruges terræ (ſicut faciebant Iudæi) ſed obtulit hoſtiam optimam, & pretioſiſſimam, quam habuit, hoc eſt ſeipſum Deum, & hominem, ſic nos Deo non debemus offerre, aut deteriora, aut res exigui pretij, ſed meliora & pretioſiora, non debemus ſeruire Deo tantùm verbis, & cæremoniis externis, corde rebus terrenis affixo, ſed totum debemus dedicare diuino ſeruitio, animam, corpus, vitam, cor, denique omnia noſtra. Multò enim nobis vtilius eſt, ſi nos ipſos donemus Deo, à quo omne bonum noſtrum, omniſq; ſalus proficiſcitur, quàm vt demus nos mundo, & voluntati noſtræ, quæ ſunt cauſa ruinæ, & perditionis noſtræ.*

5. *B. Virgo oblationi Chriſti filij ſui in templo facta adiunxit oblationem turturum, vel columbarum. Turtur eſt auis caſta, & ſolitaria: columba verò eſt pacifica, & ſine felle, & viuit in ſocietate aliarum; vt intelligant ſpecialim Sacerdotes, qui quotidie in ſacris templis Chriſtum offerunt, & cum ijs omnes alij qui communicando, ſpiritualiter eundem Chriſtum æterno Patri pro expiandis ſuis peccatis offerunt, ſi velint oblationem ſuam à Deo acceptari in ſalutem, & non in condemnationem animarum*

rum ſuarum, eos debere familiares, & comites habere duas virtutes, & primò quidem mentis, & corporis caſtitatem, abſtinendo à conuerſatione hominum periculoſa: Deinde pacem, & vnionem charitatis cum proximis.

6. Simeon, vt habet Euangelium, in ſpiritu ingreſſus eſt templum. Vnde diſcimus non debere quenquam vel coactum, vel ex conſuetudine, vel queſtus, commodiue temporalis cauſa ſe mancipare diuino ſeruitio, ſed ex mera deuotione & intimo deſiderio ſeruiendi Deo. Tales enim vnà cum Simeone facilè inuenient Mariã, & Ieſum, hoc eſt ſpiritualem conſolationem, & aternam ſalutem.

7. Si Simeon tanta ſpirituali latitia, deuotione, & reuerentia puerum Ieſum recepit in brachijs, quanto maiori deuotione, reuerentia, & ſpiritus feruore, cùm eundem Dominum, & Saluatorem recipimus in ſacra Euchariſtia, id præſtare deberemus? quando quidem non iam brachijs, ſed ore ipſo tum excipimus, nec ſuſtinemus manibus, ſed in corporis viſcera, animamq; noſtram eum demittimus.

8. Simeon accepit Chriſtum in vlnas ſuas. Vnde docemur, per opera bona peruenire ad ſalutem: neque enim ſola fides ſufficit ei, cui ſuppetit tempus, & modus opera bona exercendi, non ſatis eſt capere Chriſtum mente, & intelligentia, ſed opus eſt quoq; eum apprehendere manibus, quibus opera deſignantur.

9. Chriſtus in præſentatione ſua volait inſtitui oblationem more pauperum hoc eſt offerri par columbarum Semper in actionibus ſuis

Do-

Dominus se demisit, & humiliauit, volẽs haberi minor, & vilior, quàm erat, ad pudefaciendam procul dubio superbiam nostram: nos enim semper volumus extolli, & maiores haberi, quàm reuera simus.

10. *Simeon, & Anna quia frequentabant templum, meruerunt conspectu Saluatoris consolari. Res sancta est frequentare Ecclesias, in ijs enim sua dona, & charismata Deus impertiri solet, & non in plateis, & vijs publicis, in quibus homines vagantur, & peccandi potiùs, quàm benè agendi occasiones accipiunt.*

11. *Anna Prophetissa erat in templo seruiens Deo in castitate, continuis orationibus, crebris ieiunijs vnde, & promeruit filium Dei videre, & agnoscere. Non patefacit arcana sua, & mysteria, nec cœlestes consolationes communicat Deus hominibus mundanis, & carnalibus, sed ijs qui virtute sua prauas carnis inclinationes vincunt, & continuum cum amore proprio bellum gerunt, sicut Propheta significauit illis verbis.* Quem docebit scientiam, & intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus, *hoc est illos, qui se totos subtrahũt ab omnibus mundi delitijs, & ille crebris, carnem mortificant, & in sanctis diuini cultus exercitijs seſe occupant.*

DE

DE CONVERSATIONE B. VIRGINIS.

POST FILII ASCENSIONEM IN COELVM, ET DE FOELICI EIVS MIGRATIONE ex hac vita.

MEDITATIO VIII.

SCRIPTVRA.

TVnc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti, & cùm introissent in cœnaculum ascenderunt, vbi manebat Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andræas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi, & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. *Act. 1.*

Hi

Hi omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, Maria matre Ieſu, & fratribus eius.

FIGVRÆ.

Luc. 2. *ANna Phanuelis cum vidua permanſiſſet, inquit Scriptura, reliquum vitæ tempus tranſegit in templo continuis orationibus, & ieiuniis ſeruiens Deo.*

2. *Sancta vidua Iudith, ait ſcriptura, poſt mariti mortem ſe in vnam domus partem cum ancillis ſuis incluſit: in qua cilicio induta in continuis ieiuniis, & orationibus vitam agebat, & ob virtutem in magna apud vniuerſum populum veneratione erat.*

PROPHETIÆ.

Pſal. 119. 1. *HEi mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea.*

Pſal. 42. 2. *Eduo de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me expectant iuſti donec retribuas mihi.*

3. La-

3. *Lætatum est cor meum, & exultauit lin-* *Psal. 15.*
gua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.

CONSIDERATIONES.

DEsiderium Beatissimæ Virginis, con- *Punct. 1.*
tinenter cum dilectissimo filio suo permanendi, & nunquam ab eo discendendi semper fuit vehemens & ardens. Vnde, sicut quamdiu in hac terra vixit, in societate eius semper fuit, eíque officia sua detulit; & pariter quando propter nos passus est, & cruci affixus, ex summo amore quo eum prosequebatur optabat saltem cum ipso (quoniam pro ipso non poterat) pati & mori, sic postquam eum vidit resuscitatum, & gloriosè ascendentem in cælum (se relicta in terra) cogita quomodò corde affecta fuerit, quanto amore, desiderióque filium suum comitandi flagrauerit. Quanquam multæ, grauissimæque causæ fuerint, cur æternæ sapientiæ visum sit Matrem suam ad aliquod tempus relinquere in terra. Quarum prima est, quia ita placuit suæ Maiestati, cuius voluntas maximè semper fuit rationi cõsentanea, licet humano ingenio comprehendi nequeat, quanquam dicere possumus, eum sic voluisse pro consolatione Apostolorum, omniúmque fidelium, vt ita vtraque Ecclesia tam triumphans, quàm militaris gemina consolatione, visibili, & inuisibili frueretur. Nam ascendens in cælum

to-

Transcription not available.

Hæc cùm illa dixisset, cogita quãto honore, & quanta exultatione ac lætitia totius curiæ cœlestis, tanquã regina ac sponsa altissimi exaltata fuerit supra omnes Angelorum choros, supra omnes principatus, potestates, & virtutes. Tunc, vt scriptum est, *positus est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius*: visáque est Regina, de qua locutus est Propheta, assistere ad dexteram Regis gloriæ in veste deaurata, summæ, & inæstimabilis gloriæ, innumerabilium virtutum, & perfectionum varietate circumcirca adornata. Tunc illi viginti quatuor seniores, vt est in Apocalypsi, coronas suas deposuerunt ante thronum Dei: hoc est, ante beatam Virginem, in qua, velut in regio throno ipse Deus requieuit. Et quid aliud per hos seniores significatur, nisi omnes cœlestium ciuium ordines, qui omnes deposuerunt coronas suas, hoc est, victorias, honores, & præmia ad Virginis pedes: hoc ritu testificantes illam esse Reginam suam, & omnibus illis coronis esse digniorem, eò quòd in ipsa, plus quàm in aliis omnibus refulserit Angelorum puritas, Patriarcharum fides, Prophetarum spes, charitas, & zelus Apostolorum, constantia Martyrum, Doctorum sapientia, Confes-

3. Reg. 2.

Psal. 44.

Apoc. 3.

Saint-Augustin, Gilbert Foliot, Hugues de Rouen et Arnoul de Lisieux. Tous ces prélats ont été mêlés à la vie politique de leur temps, et ils ont joué un rôle important dans les affaires ecclésiastiques. Ils ont aussi été des écrivains, soucieux de défendre la cause de l'Église et de leur propre diocèse. Leurs œuvres, qui comprennent des sermons, des lettres et des traités, sont une source précieuse pour l'histoire de cette époque.

Il faut ajouter à cette liste Jean de Salisbury, qui a été évêque de Chartres de 1176 à 1180. Il a été un des plus grands humanistes de son temps, et il a laissé une œuvre considérable, qui comprend des traités de philosophie, de théologie et de politique, ainsi que des lettres et des sermons. Il a été un ami de Thomas Becket, et il a joué un rôle important dans les affaires de l'Église d'Angleterre.

Il faut encore mentionner Guillaume de Tyr, qui a été archevêque de Tyr de 1175 à 1186. Il a été un historien célèbre, et il a laissé une œuvre importante, qui comprend une histoire des croisades et une histoire de l'Église de Jérusalem. Il a été un témoin oculaire de beaucoup d'événements qu'il raconte, et son œuvre est une source précieuse pour l'histoire de cette époque.

Il faut enfin mentionner Pierre de Blois, qui a été archidiacre de Bath de 1175 à 1180. Il a été un écrivain prolifique, et il a laissé une œuvre considérable, qui comprend des lettres, des sermons et des traités. Il a été un ami de Jean de Salisbury, et il a joué un rôle important dans les affaires de l'Église d'Angleterre.

veræ consistunt diuitiæ, locupletior? Vnde meritò de ea dixit Spiritus sanctus: *Multæ filiæ congregauerunt sibi diuitias, tu supergressa es vniuersas.* Prou. 31. Deinde inter omnes creaturas, quæ vnquam in mundo exstitit plus quàm illa, omni honore affecta, non solùm ab hominibus in terra, sed etiam ab Angelis in cœlo, ipsóque Deo? Et si de aliis seruis suis Dominus dixit, Ioan. 12. qui sibi ministrarent, eos honorandos à Patre suo, quantum putamus honoratam eius matrem, quæ super omnes tanto amore tam fideliter ei ministrauit? Adhæc quis potentior, & fortior vnquam fuit Maria, quæ terribilis est, vt castrorum acies ordinata? quis illa plus apud Dominum potest? quid à tali filio, non poterit obtinere talis mater? breuiter, illa est maior omnibus, supra omnes excelsior, & eminentior omnibus. Vnde meritò vocatur *signum magnum.*

Denique dicitur magna, quia magni filij mater est, quem sicut illa priùs vestiuit carne, sic ille eam vicissim vestiuit magna, & singulari gloria. Et idcirco rectè subijcitur: *Mulier amicta Sole.* Nam vt Sol plus aliis omnibus corporibus cælestibus lucet, & resplendet; sic Virgo gloriosa, tam gratia, quàm meritò, ac splendore gloriæ cæteras omnes creaturas antecellit. Dicitur etiam amicta Sole, hoc est, visceribus misericordiæ: nam vti Sol oritur, & lucet æqualiter omnibus, malis æquè ac bonis:

Sic

Sic Maria miſericordiæ ſuæ viſceribus æquè omnes amplectitur, omnibus opitulatur, tam peccatoribus quàm iuſtis, omnes illuminat, omnes inflãmat, omnes eius beneficio fructus vitæ participes fiunt. Quomodo verò fieri poteſt, vt non ſit amicta Sole, quæ amicta eſt ipſo Chriſto Sole iuſtitiæ, & ſplendore æternæ gloriæ? Illa, quæ ob maximam communionem, quam habuit ratione carnis cum Chriſto, non ſolùm in ſpiritu per gratiam, ſed etiam in carne ipſa vnum quodammodo cum illo facta eſt: ſic prorſus, vt nunc in cœleſti gloria ſupra omnes beatorum ordines, omnéſque hierarchias Angelicas euecta, tam vicina, & coniuncta ſit illi diuino Soli, vt in fœlici illa ciuitate velut nouus quidam Sol reſplendeat. Dicitur deinde habere *Lunam ſub pedibus ſuis.* Quid autem aliud deſignat Luna, quàm Eccleſiam militantem? vt enim Luna omnem ſplendorem ſuum mutuatur à Sole: ſic Eccleſia non plus lucis habet, quàm communicatum illi eſt ab eo, qui dixit, *Sine me nihil poteſtis facere.* Præterea, vt Luna eſt admodum mutabilis, & varia: ſic Eccleſia variis mutationibus, perſecutionibus, & afflictionibus ſubiecta eſt. Vnde nunc plena luce refulget, nunc tota obſcuratur, ſic vt rectiſſimè dicatur Maria ſtare ſupra Lunam, ſed ſub Sole, vtpote media inter Solem, & Lunam, Chriſtum, & Eccleſiam. Nos igitur ſacra huius noſtræ

Ioan. 12.

Sanctum Vincentium Martyrem, & Leuitam, qui ipsius Martyrium, quod Valentiæ passus est, Prudentio Poëtæ Latino, qui ipsius Martyrium Hymnis elegantissimis celebrauit, Augustinus, Leo, Maximus, Fulgentius, Ildefonsus, Isidorus, Beda, Ado, Vsuardus, Notkerus, Rabanus, Florus, Sedulius, Hincmarus, Hermannus, Wandelbertus, Molanus, Galesinius, Ferrarius, Canisius, Surius, Lipomanus, Ribadeneira, Maurolycus, Bellinus, Gretserus, Chemnitius, Lansperg. Ioannes Diaconus, Paulus Diaconus, Haymo, Sigebertus, Hermannus Contractus, Vincentius Bellouacensis, Antoninus, Petrus de Natalibus, Iacobus de Voragine, Iacobus Philippus Bergomensis, Nauclerus, Platina, Volaterranus, Sabellicus, Nauclerus, Cuspinianus, Ioannes Carion, Sleidanus, Ioannes Funccius, Melchior Adamus, Ioannes Manlius, Ioannes Gerardus, Ioannes Pappus, Ioannes Sleidanus, Ioannes Cochlæus, Ioannes Aventinus, Ioannes Nauclerus, Ioannes Trithemius, Ioannes Vrspergensis, Ioannes Stumpfius

ſalutata ab Archangelo, ac ſi iam illam in regio throno ſupra omnes cæleſtes Hierarchias cõſidentem vidiſſet. Quinta prærogatiua fuit, quòd in beato vtero ſuo ſola Spiritus ſancti virtute, nulla ope humana, & ſine vlla virginitatis ſuæ iactura filium conceperit. Sexta eſt, quòd à communi illa, & veteri mulierum in dolore filios parientium maledictione immunis fuerit: nam non ſolùm citra dolorem vllum peperit, ſed etiam ſummo cum gaudio, & exultatione. Septima eſt, quòd poſt partum Virgo permanſerit: filius enim Dei eodẽ modo egreſſus eſt ex vtero matris, quò poſtea exiuit è ſepulchro clauſo. Vnde ſequitur illam ſimul fuiſſe Virginẽ, & Matrem, atque ita conſecutam eſſe benedictionem fœcunditatis, vt non amiſerit donum Virginitatis. Octaua fuit, quòd genuerit filium, qui ſimul erat Deus, ac proinde verum hominem, ſimul & verum Deum, quare & meritò appellatur Mater Dei. Nona prærogatiua eſt, quòd inde ab exordio conceptionis ſuę tanta gratiæ copia in ea fuerit, vt tota vita, neque peccârit, neque peccare potuerit, etiam venialiter; quod de nullo alio ſancto, etiã in vtero matris ſanctificato legimus. Decima eſt, quòd poſt mortem ſacrum eius corpus fuerit integrũ, & ab omni corruptione ac putredine liberum conſeruatum, nõ ſecus quàm corpus filij. Vndecima, quòd paulò poſt obitum fuerit à Domino reſuſcitata, ani-

animáque & corpore, in cœlum gloriosè assumpta Duodecima, & vltima prærogatiua est singularis illa gloria, qua nunc in cœlo supra omnes beatos, & supra omnes Angelorum choros perfruitur; sic prorsus, vt post Christum, ceu Regina, & Mater eius primam sedem ad filij sui dextram in cœlesti regno obtineat. Hæ ergo sunt pretiosissimæ illæ, & inæstimabiles gemmæ, ac lucidissimæ stellæ, quibus magnæ huius mulieris, & dignissimæ nostræ Reginæ tontoperè à Deo honoratæ, & ab omnibus creaturis cultæ caput exornatum videmus. Quare meritò de ea dici potest, quod in eius laudem canit Ecclesia: *Nec primam similem visa est, nec habere sequentem.*

COLLOQVIVM.

O Serenissima Regina, ô misericordiæ mater, ô vita, dulcedo & vnica spes nostra, quæ hodie cum tanta gloria cęlum ascendisti, tuáque singulari pulchritudine, vniuersam ciuitatem Dei exhilarasti, oro te per sponsi huius dilecti, cui inseparabiliter nunc es coniuncta, amorem, vt tantarum delitiarum, quibus in felici patria abundas, nos inopes Euæ filios in hac lachrymarum valle exules participes reddere digneris; conuerte, quæso, ad nos misericordes, & maternos oculos tuos, & deorsum dona, & charismata spiritalia demitte, vt, si non mereamur beatæ & lautæ illi men-

mensæ accumbere tanquam filij, saltem ex micis de sanctissimis tuis manibus cadentibus satiari possimus tanquam catelli. Quare, ô fidelissima aduocata, & misericordissima mater nostra benignè excusare velis insufficiẽtiam nostram, nobísque concedere, vt precum tuarum beneficio ad contemplationem, & possessionem cœlestium tuorum bonorum peruenire aliquando possimus, vbi fauore & opera tua gloria coronati, te, filiúmque tuum dulcissimum in sæcula sæculorum dignè collaudemus Amen.

DOCVMENTA.

BEatissima Virgo corpore, & anima in cælum assumpta est, vt ibi pro nobis officio fungeretur Mediatricis & aduocatæ apud Dominum, tam in corporalibus, quàm spiritualibus necessitatibus. Itaq; si volumus ab ea exaudiri, & iuuari, ac tandem aliquãdo cum ea regnare & triumphare in cœlo, studeamus eam imitari, & semitam illam quam illa percurrit, persequamur. Nam in primis Virgo vt ad cœlestem domum attingeret, tenuit viam puritatis: sic nos insistendo eius vestigijs operam dare debemus, vt puritatem mentis & corporis tueamur, siquidem scriptum est, Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. *Secundò tenuit B. Virgo viam humilitatis, sic nos ad eam imitandam semper debemus hanc virtutem habere in corde, verbis & operibus: submissè de nobis sen-*

Apoc. 21.

Hippocrates, Galen, Rhazes, Avicenna, Mesue, Alexander Trallianus, Paulus Aegineta, Aetius, Actuarius, Oribasius, Myrepsus, Nicolaus, Gordonius, Montagnana, Arculanus, Savonarola, Manardus, Fernelius, Valescus, Valleriola, Matthiolus, Brasavolus, Fuchsius, Cordus, Gesnerus, Dodonaeus, Lobelius, Tragus, Turnerus, Lonicerus, Cornarius, Dalechampius, Daleschamius, Agricola, Ruellius, Cruserius, Cesalpinus, Aldrovandus, Columna, Clusius, Bauhinus, Gerardus, Parkinsonus, Johnstonus, Hofmannus, Schroderus, Zwelferus, Blancardus, Boerhaavius, Ettmullerus, Sydenhamius, Hoffmannus, Stahlius, Hallerus, Linnaeus, Sauvagesius, Vogelius, Cullenius, Gaubius, Pringlius, Macbridius, Whytius, Fothergillius, Percivalius, Darwinus, Brownius, Thomsonius, Parrius, Beddoesius, Witheringius, Rollius, Bateius, Pearsonius, Lettsomius, Haighius, Bree, Hamiltonius, Gregorius, Duncanius, Monroius, Cullenius

nerandi, & reprobis caſtigandis tenet: vt quò amplius homo affectum ſuum ab amore rerum terrenarum auellit, & in amorem rerum cœleſtium cõmutat, hoc ſublimiorem in cœlo ſedem conſequatur. Contrà, quò affectu & mente magis immerſus fuerit terræ, voluptatibusq; & deliciis huius mundi, ac carnis firmiùs adhæſerit, hoc ſedem profundiorem obtinebit ſub terra. Itaque ſi certo cognoſcere volumus, qua ſors nobis obuẽtura ſit, ſublimis an humilis felixne an infelix, diligenter affectus, & deſideria cordis noſtri indagemus, ſintne cœleſtia, carnalia, & terrena, atque hinc æſtimare poterimus, quid Deus nobiſcum ſit acturus.

* * *

DE NATIVITATE SANCTI IOANNIS BAPTISTÆ.

MEDITATIO X.

SCRIPTVRA.

Luc. 1. ELizabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini,& cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui Zachariam, Et respondens mater eius dixit, nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem Patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem,scripsit dicens,Ioannes est no-

nomen eius,& mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt antem ilicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt timor ſuper omnes vicinos eorum, & ſuper omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & poſuerunt omnes qui audierant in corde ſuo dicentes. Quis putas, puer iſte erit ? Etenim manus Domini erat cum illo.Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto,& prophetauit, dicens. Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

FIGVRAE.

ELizæus propheta reſuſcitaturus filium mulieris Sunamitidis præmiſit ſeruum ſuum Giezi, mandans ei, vt accingeret lumbos ſuos, baculumq; ſuum poneret ſuper faciem mortui pueri, quem ſecutus eſt Propheta,eumq; à morte excitauit. 4. Reg. 4.

PRO-

PROPHETIÆ.

Mala. 3. 1. *ECce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.*

Pſal. 131. 2. *Parauí lucernam Chriſto meo.*

Eſa. 49. 3. *Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei.*

Luc. 1. 4. *Tu puer Prophæta altiſſimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.*

CONSIDERATIONES.

Punct. 1.

4. Reg. 4. IN veteri teſtamento legimus, magno propheta Heliſæo agente, in mõte Carmelo, filium mulieris Sunamitidis, quæ cõſueuerat Prophetam hoſpitio recipere, mortuum in ea ipſa domo iacuiſſe. Vnde mater ſummo dolore affecta ilicò ſe contulit ad prophetam, multíſque lachrymis eum rogauit, vt vellet deſcẽdere, vt quemadmodum ſuis orationibus, & meritis impetraſſet filium iſtum, ſic etiã nunc mortuum dignaretur vitæ reſtituere. Præmiſit tunc Eliſæus ſeruum ſuum Giezi, accinctum lumbis cum baculo ſuo, vt eo ſuper faciem pueri defuncti poſito, quodammodo diſponeretur ad reſuſcitationẽ; mox nouis precibus inſtans obtinuit, vt Propheta ipſe ſe conferret ad excitandum filium. Eliſæus ergo ingreſſus domum, & locum in quo iacebat puer mortuus, clauſo oſtio orauit Dominum, & incumbens corpori mortuo, ita ſe contraxit vt os poneret ſuper os eius, & oculos ſuper oculos, manus

mens Lupi nomen, attendens hoc illud
esse, quod Dominus ait: Ego mitto vos
sicut oves inter medios lupos: fa-
ctus prudentia, & simplicitate, ut
columba, & serpens, ad Gallias pro-
fectus est. Ibi cum per multos annos
ad propria Deo vivens legem, ut
ipse dicebat, Dei, non hominis, ser-
vasset, & ad Dominum Christum
multos lucrifecisset, ad Dominum
discedens suum suos filios reliquit. Ex
quibus Lupus, & Vincentius, qui
& Lupo in episcopatu successit, &
ex patre, & ex filiis valentes, pietate
& doctrina, & vitae sanctitate, &
miraculorum gratia claruerunt. Ex
quibus Vincentius, qui & Lupo in
episcopatu successit, & ex patre, &
ex filiis valentes, pietate & doctrina,
& vitae sanctitate, & miraculorum
gratia claruerunt. Ex quibus Vin-
centius, qui & Lupo in episcopatu
successit, & ex patre, & ex filiis
valentes, pietate & doctrina, & vitae
sanctitate, & miraculorum gratia
claruerunt. Ex quibus Vincentius,
qui & Lupo in episcopatu successit,
& ex patre, & ex filiis valentes,
pietate & doctrina, & vitae sanctitate,
& miraculorum gratia claruerunt.

Ecclesiæ precibus, de redimendo homine deliberans, primùm ante se emisit, vti fecerat Elisæus, seruum suum Ioannem renibus accinctum, quod aliud non designabat, nisi eius continentiam, & virgineam castitatem. Deinde misit eum cum suo baculo, quod significauit prædicationem timoris, & pœnitentiæ, qua Ioannes eos permouebat, & dura illa corda præparabat ad recipiendum Saluatorem post ipsum venientem. Posuit Ioannes hunc baculum super faciem pueri mortui, sed non resuscitauit: nam baptismus eius non dabat, sed tantùm demonstrabat gratiam, & ad illam disponebat. Denique descendit magnus ille Propheta ex alto, ad illuminandum & viuificandum sedentes in tenebris & vmbra mortis. Adhæc considera, quomodo se infinita illa maiestas contraxerit, & humana natura assumpta se abbreuiârit, factus paruulus similis nobis. Vnde factum est, vt suæ charitatis flammis nos calefaciẽs, & pectoris nostri glaciem igne suo, quem venit mittere in terram dissoluens, morte sua nobis restituerit gratiam, & vitam æternam.

2. Elisabeth, tempore pariendi cõpleto peperit filium Vide quàm admirabilis hic infans, non solùm sanguine iunctus, sed etiam conformis Christo fuerit in omnibus vitæ actionibus. Ac certè admodum conueniens fuit illum, quo Dominus quasi instrumento vti voluit ad dandum

redem

redemptioni noſtræ initium, aliis omnibus ipſi Domino in viuendi ratione eſſe ſimiliorem. Vnde & ſicut Chriſtus in veteri lege fuit variis modis præfiguratus, & prænunciatus; ſic & Ioannes à Prophetis prædictº, & multo ante promiſſus fuit. Chriſtus ab angelo Gabriele annunciatus eſt Virgini Matri ſuæ, & ſanctũ eius nomen ſimul ab eodem manifeſtatum: ſimiliter ab eodem angelo Ioannes patri ſuo Zachariæ annunciatus eſt, & proprio nomine appellatus. Chriſtus à primo ſuæ conceptionis momento fuit ſanctiſſimus, omnis maculæ originalis expers: & Ioannes quaſi à prima ſua origine eſt in vtero matris ſanctificatus. Chriſtus fuit diuinitus conceptus, & natus ex matre virgine, Ioannes eſt per miraculum conceptus, & natus de matre ſterili. In natiuitate Chriſti angeli Deo dixêre gloriam, & paſtores gauiſi ſunt: in hac verò Ioannis pater benedixit, & laudem Deo dedit. Vicini verò & cognati Eliſabeth ei congratulati ſunt. Chriſtus multos annos latuit, antequàm ſe manifeſtaret mundo: Ioannes ſimiliter, puer in deſertum ſe abdidit, ibique multis annis delituit, antequàm initium prędicandi faceret. Chriſtus nunquam literas didicit, ſed à primo conceptionis die plenus fuit diuina ſapientia: Sic Ioannes magiſtrum in terra non habuit, ſed à Spiritu ſancto, dum adhuc eſſet in vtero matris, fuit inſtitutus. Chriſtus prædicauit

pœnitentiam, & ſacramentum Baptiſmi inſtituit. Ioannes item pœnitentiam prædicauit, & primus omnium cœpit baptizare aqua, imò ipſe Chriſtus fuit à Ioanne baptizatus. Chriſtum ſecuti ſunt Apoſtoli, multíque diſcipuli. Ioannes quoque diſcipulos, multóſque ſuæ doctrinæ imitatores habuit. Chriſtus ob prædicationem veritatis multas paſſus eſt à Iudæis perſecutiones, & tandem iniuſtè ab eis occiſus. Ioannes ſimiliter ob dictam veritatem, ab Herode incarceratus eſt, & Herodiadis tandem opera è medio ſublatus. Chriſtus fuit verus Sol; Iannes verò ardens & reſplendens lucerna: Chriſtus erat filius Dei; Ioannes verò erat eiuſdem Dei angelus. Chriſtus erat verbum: Ioannes autem vox verbi: Chriſtus erat magnus ille rex & Dominus, qui venit aditurus poſſeſſionem mundi: Ioannes autem fuit eius percurſor miſſus ad parandam viam & locum ipſi Domino. Chriſtus erat ſponſus cœleſtis, cui deſponſanda fuit fidelium Eccleſia: at Ioannes fuit amicus ſponſi, imò paranymphus, & mediator huius ſpiritalis Matrimonij. Fuit denique Ioannes tam ratæ & admirandæ ſanctitatis, vt homines in eam opinionem venerint, ipſum eſſe Chriſtum, hoc eſt, Meſſiam à Deo in lege promiſſum, ſed humilis Ioannes, potiùs eligens ſolidè conſiſtere in ſeipſo, quàm vana opinione hominum efferri ſupra ſe, apertè cõfeſſus

ninum efferri

eſt

eſt ſe non eſſe Chriſtum. Qua humilitate meruit ſeri, & ſingularis Chriſti amicus, & pluſquàm propheta, & poſt ſanctiſſimã Dei matrem inter omnes natos mulierũ maximus.

3. Conſidera in hac natiuitate Ioannis myſteriorum plena, quomodo natus ſit è Patre muto. Zacharias enim, quoniam dubitarat de promiſſione angeli, vſu linguæ priuatus eſt: deinde quomodo natus ſit ex matre admodum vetula & ſterili. Quid verò aliud mutus Zacharias deſignat niſi vetus teſtamentum? & Ioannes, quod nomen ſignificat Domini gratiam, quid præfigurat niſi nouum? Tunc ergo vetus teſtamentum amiſit vocem, & obmutuit, quando veteri ſucceſſit nouum: cum enim inciperet ſe prodere gratia Euangelij, prophetarum oracula ceſſarunt, antiquæ completæ ſunt figuræ, ac ceremoniæ omnes, & ſacrificia legis finem ſuum obtinuerunt. Tunc quoque ſynagoga vetus in Eliſabetha in illam vſque horam ſterili præfigurata, cœpit parere filios gratiæ in Ioanne præſignatos. Atque ideò rectiſſimè dixit Dominus, Legem & Prophetas in Ioanne completos, & ex illo tempore regnum cœlorum vim pati cœpiſſe. Quid igitur mirum Ioannem ſua natiuitate non ſolum matri, ſed vt dixit Angelus, etiam aliis multis, tantam attuliſſe lætitiam? ſicut Chriſtus, qui eſt ipſa gratia, attulit quoque ſua, nõ ſolũ

mundum, ſed etiam ipſum cœlum infinito complendo gaudio. Vnde meritò dici potuit Eliſabethæ, quod dixit propheta, dũ gratularetur Synagogæ, quòd à Chriſto facta eſſet fœcunda, & noua, multóque fœlicior mater. *Lætare*, inquiens, *ſterilis, quæ non paris, decanta laudem, quæ non parturiebas, quoniam multi filij deſertæ magis, quàm eius, quæ habet virum.* Meritò ergo & magna ex cauſa lætata eſt Eliſabeth, omnéſque alij congratulati ſunt ei de miſericordia ei à Domino præſtita, non ſolùm quia Dominus ab ea ſuſtulerat ſterelitatis opprobriũ, genuerátq; filium: ſed quia genuerat Ioannem, illũ, qui ſtellæ matutinæ inſtar verum Solem antegreſſus, veteríſq; legis nocti finem imponens, ſuo ortu fœlix diuinæ, & claræ gratiæ luci principium erat daturus. *Iſa. 54.*

4. In *die octauo venerunt circuncidere puerum.* Fuit Ioannes circumciſus, non quòd opus haberet circumciſione (erat enim in ipſo matris vtero à Spiritu ſancto circumciſus, & in Chriſto ſpiritualiter baptizatus) ſed ad obſequendũ legi, & ne populo vllum offendiculum præberet: quod fecit exemplo Chriſti, cuius Spiritus illi erat, antequàm naſceretur, communicatus. Cognati eius cogitârant illi imponere nomen Patris Zachariæ; is enim mos erat in populo receptus, primogenitum (maximè quando erat vnigenitus) paterno appellare nõmine. Verũ mater ſe opponẽs, voluit

cùm vocari Ioannem, quod nomen ſolo ore angeli patefactum eius Patri, cùm à marito, vtpote poſt apparitionem angeli muto, Elizabeth cognoſcere non potuerit, neceſſariò diuina reuelatione didicit. Nam quando ad aduentum virginis repleta Spiritu S. propheticè cognouit officium Præcurſoris à filio ſuo exercendum, ac proinde & nomen quo erat appellandus. Cognati verò non contenti hoc nomine, nutu explorârunt voluntatem Patris, qui cùm loqui non poſſet, ſcripſit dicens, *Ioannes eſt nomen eius*, quaſi dicere vellet. Hoc nomen non impono illi ego, ſed iam antè à Deo per angelum illi impoſitum eſt. Nomen verè nouum, nomen è cœlo delapſum, nomen quod quia deſignat gratiam Dei, non illi ſolùm populo, ſed etiã toti mundo attulit lætum nuncium pacis, & miſericordię. Tũc omnes ſunt admirati. Tũc nouo, & admirando miraculo aperta Zachariæ lingua cœpit laudare, & benedicere Dominum, quia per fidem ſoluta eſt, quæ ante per incredulitatem fuerat ligata. Tunc veteris Teſtamenti os, vſq; ad illum (non ſecus quàm lingua Moyſis) ligatum & impeditum loqui cœpit, & clarè myſteria, nouæque legis gratiam prædicare. Vide quanti meriti fuerit Ioannes, quia reddita Patri voce, ſacerdoti reſtituit loquendi facultatem, ac præterea illi adiunxit prophetiæ gratiã. Adhæc

mundum, ſed etiam ipſum cœlum infinito comp'endo gaudio. Vnde meritò dici potuit Eliſabethæ, quod dixit propheta, dũ gratularetur Synagogæ, quòd à Chriſto facta eſſet fœcunda, & noua, multóque fœlicior mater. *Lætare*, inquiens, *ſterilis, quæ non paris, decanta laudem, quæ non parturiebas, quoniam multi filij deſertæ magis, quàm eius, quæ habet virum.* Meritò ergo & magna ex cauſa lætata eſt Eliſabeth, omnéſque alij congratulati ſunt ei de miſericordia ei à Domino præſtita, non ſolùm quia Dominus ab ea ſuſtulerat ſterelitatis opprobriũ, genuerátq; filium: ſed quia genuerat Ioannem, illũ, qui ſtellæ matutinæ inſtar verum Solem antegreſſus, veteríſq; legis nocti finem imponens, ſuo ortu fœlix diuinæ, & claræ gratiæ luci principium erat daturus. Iſa. 54.

4. In *die octauo venerunt circuncidere puerum.* Fuit Ioannes circumciſus, non quòd opus haberet circumciſione (erat enim in ipſo matris vtero à Spiritu ſancto circumciſus, & in Chriſto ſpiritualiter baptizatus) ſed ad obſequendũ legi, & ne populo vllum offendiculum præberet: quod fecit exemplo Chriſti, cuius Spiritus illi erat, antequàm naſceretur, communicatus. Cognati eius cogitârant illi imponere nomen Patris Zachariæ; is enim mos erat in populo receptus, primogenitum (maximè quando erat vnigenitus) paterno appellare nõmine. Verũ mater ſe opponẽs, voluit

eum

cum vocari Ioannem, quod nomen solo ore angeli patefactum eius Patri, cùm à marito, vtpote post apparitionem angeli muto, Elizabeth cognoscere non potuerit, necessariò diuina reuelatione didicit. Nam quando ad aduentum virginis repleta Spiritu S. propheticè cognouit officium Præcursoris à filio suo exercendum, ac proinde & nomen quo erat appellandus. Cognati verò non contenti hoc nomine, nutu explorârunt voluntatem Patris, qui cùm loqui non posset, scripsit dicens, *Ioannes est nomen eius*, quasi dicere vellet. Hoc nomen non impono illi ego, sed iam antè à Deo per angelum illi impositum est. Nomen verè nouum, nomen è cœlo delapsum, nomen quod quia designat gratiam Dei, non illi solùm populo, sed etiã toti mundo attulit lætum nuncium pacis, & misericordię. Tũc omnes sunt admirati. Tũc nouo, & admirando miraculo aperta Zachariæ lingua cœpit laudare, & benedicere Dominum, quia per fidem soluta est, quæ ante per incredulitatem fuerat ligata. Tunc veteris Testamenti os, vsq; ad illum (non secus quàm lingua Moysis) ligatum & impeditum loqui cœpit, & clarè mysteria, nouæque legis gratiam prædicare. Vide quanti meriti fuerit Ioannes, quia reddita Patri voce, sacerdoti restituit loquendi facultatem, ac præterea illi adiunxit prophetiæ gratiã. Adhæc

linguam, quam angelus vinxerat, dissoluit: & os, quod Gabriel concluserat, Ioannes infantulus aperuit. Quid verò vel dignius vel illustrius hac fide esse potest? quid glorioſius hac religione? in qua ſterilis concipit, virgo parit, mutus loquitur, infantes adhuc maternis inclusi viscerib⁹ toti mundo annunciant futura gaudia? Ac valdè conueniens fuit, illum, quo inter filios hominum nullus exstiterat maior, supra omnes sanctos in ipso sui ortus principio tot virtutibus, & miraculis eminere, vt huius noui prophetæ aduentu omnes vicini populi his admirabilibus euentis excitati, præpararent se ad aduentum magni Regis, cuius Ioannes erat præcursor & nuncius.

5. Quod ad hoc sanctum & mysticum nomen Ioannis attinet, vide quàm benè significet gratiam Dei, ac primò quidem ob diuinæ gratiæ plenitudinem Ioanni communicatam, dum adhuc existeret in vtero matris. Secundò, ad significandum tempus gratiæ, quod à Ioanne exordium habuit, vt testatus est Christus illis verbis: *A diebus Ioannis regnum cœlorum vim patitur.* Tertiò ob gratiæ ipsius excellentiam, quam Ioannes primò omnium erat prędicaturus, & annunciaturus mundo, quæ erat peccatorũ remissio, & diuinæ gratiæ communicatio humano generi facta. Vnde colligitur dignitas, & prę-

Matth. 11.

stãtia

Ioan

Ioannis: nam etiam si omnia alia finem habuerint, & omnia prophetarum oracula conticuerint, solùm tamen hoc gratiosum nomen ab Angelo nominatum antequàm conceptus esset, satis esset ad præbendum testimonium singulari gratiæ à Domino illi communicandæ: Et certè dignum fuit, vt diuina gratia, quàm pepererat illa quæ fuit gratia plena, per eum qui gratia item plenus esset, prædicaretur: ac similiter congruens fuit, vt abundãti gratia ornatus esset ille, qui tanquam limes distinguere debebat tempus gratię, à tempore veteris legis. Etenim is primus meruit digito demonstrare præsentem illum Saluatorem, quem lex & Prophetæ venturum promiserant. Fœlix es Ioannes, quia nomen tuum scriptum fuit in cœlo, & ore Angeli patefactum, antequàm scriberetur in terra, & ore hominum publicaretur. Fœlix, qui, antequàm huius mundi degustares labores, meruisti recipere prius gratiam, quàm vitam extra maternum vterum: prius cernere lucem cœli, quàm terræ. Vnde quomodo vnquam potuisset culpa, & peccatum aditum inuenire ad te, cuius animam sanctam Deus inde à prima origine totam occuparât? Verè magnum donum est esse à Spiritu sancto illustratum, sed longè maius esse ab ipso Spiritu repletum. Quare sicut vas balsamo plenum non admittit alterius liquoris mixtionem: sic in anima.

Ioannis (in qua plena regnabat ſanctificatio) locum habere non potuit illa ſæculi macula. Quid igitur mirum, ſi præter legem, qua omnes infantes naſcuntur cum fletu, ſolus Ioannes cum gaudio ſuam Natiuitatem præuenerit? prius ſiquidem diuinas cœpit poſſidere res, quàm humanas: prius Deo viuere, quàm ſibi; & antequàm cerneret præſentia, meruit prænunciare futura.

6. Ergo diuulgatis per vicina loca omnibus admirabilibus quæ in Natiuitate Ioannis acciderant, omnes ſtupore pleni inuicem dicebant. *Quis putas puer iſte erit?* qui vix natus res fecit tanto ſtupore plenas? Vide quemadmodum hic ſanctus puer necdum loquatur, & tamen ſola ſua præſentia in mundo, omnes complet admiratione. Nondum in deſerto prædicat, nec Chriſtum digito demonſtrat, & iam animos commouet, & totius populi corda præparat ad recipiendum ipſum. Certè ſi Ioannes in tam tenera ætatula dat ſigna tantæ virtutis, & potentiæ, quid arbitramur eum facturum in ætate matura? quando aſperrimæ vitæ exemplo, & prædicatione, aures populi verberabit, his terribilibus verbis. *progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira? facite ergo fructum dignum pœnitentia. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur.* Ac

Matt. 3.

pro-

profectò nullo alio vel exemplo, vel ſpiritu, & zelo opus fuit, quàm Ioannis ad frangenda illa dura pectora, comprimendóſque tumidos, & ſuperbos populi Iudaici ſpiritus. Vnde optimè dixit Angelus (loquens de eo ad patrem Zachariam) illum præceſſurum Dominum in Spiritu, & virtute Eliæ, cui Ioannes, & auſteritate vitæ, & loquendi libertate, & diuini honoris zelo, ſalutíſque animarum fuit ſimillimus. Iam verò vos ſimplices turbæ, quæ, dum alter alterum percunctatur, declaratis vos magno deſiderio teneri cognoſcendi ſtatum futurum huius pueri, primùm quærite à veteribus prophetis, & reſpondebit vobis Malachias, per cuius os loquens Deus dixit. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam.* Mal. 3. Ioannes igitur Angelus Dei eſt, & primò quidem ob officij ſui dignitatem, quod erat, eſſe Dei Legatum: nam ſicut officium Angelorum eſt res occultas reuelare, ſic Ioannis officium fuit nouæ legis myſteria prædicare, quæ priùs erant occulta. Officio quoque Angeli fungebatur Ioannes, quando peccatores abducebat à malo, & hortabatur ad bonum, illíſq; cœleſte præmium, & æterna proponebat ſupplicia. Præterea Ioannes dicitur Angelus ob innocentiam ſuam virginalem, vitæque angelicæ puritatem, quam in deſerto agebat; qua de re, & à Chriſto coram turbis

laudatus eſt. Fœlix Ioannes, qui talẽ meruit habere ſuarum virtutum prædonem. Vnde verè dici poteſt, ad maiorem Ioannis gloriam pertinuiſſe, quòd exiſtens homo meruiſſet virtute ſua vocari Angelus, quàm ſi nomine, & natura Angelus fuiſſet. Secundò rogate ab ipſo Angelo Gabriele *Quis putas puer iſte erit?* & reſpondebit vobis idipſum quod dixit Patri de eo: *Erit enim magnus coram Domino.* Multi ſuperioribus ſæculis vocati ſunt magni, vt Alexander, Pompeius, & alij, ſed hi non coram Deo, ſed hominibus tantum fuêre magni. Fuerunt deinde alij tempore Legis, vt Abraham, Moyſes, Dauid, aliíque multi, ob excellentem ſanctitatem, & virtutem dicti magni, ſed nullus eorum magnitudinem, & excellentiam attigit Ioãnis. Primò enim ille extitit magnus in conceptione, tum quia fuit miraculoſa, vtpote à parentibus iam ætate confectis, & iterilibus, tũ quia, & conceptio, & nomen, & vitæ eius qualitas cælitus ore Angeli fuit annũciata. Fuit quoque magnus poſt conceptionem, eò quòd in vtero materno fuerit ſanctificatus, & Spiritu ſancto repletus. Secundò magnus fuit ob res admirabiles, quæ, vt diximus, in eius natiuitate euenerunt. Tertiò fuit magnus in totius vitæ ſuæ progreſſu, in continentia virginali, in abſtinentia, iuſtitia, fide, prædicatione, ſapientia, ac denique in fortitudine, & conſtantia ſua pro veritate, vſque ad mor-

mortem. Quartò fuit, & est magnus Ioãnes, postquam ex hac vita excessit, ob remunerationis, & præmij cœlestis magnitudinem: nam præter glorioſorum eius meritorum multitudinem, tribus ſigillatim aureolis, & excellentiis in cœlo refulget, quarum prima est virginitatis; ſecunda doctrinæ, & prædicationis; tertia illuſtris martyrij. Meritò ergo Ioannes, non ſolùm fuit magnus, vt dixit Angelus, ſed etiam, teſte Domino Angelorum, inter omnes hominum filios non fuit maior illo.

7. Deinde vide, quomodo tertio loco etiam Zacharias Ioannis pater turbis percunctantibus: *Quis putas puer iſte erit?* reſponderit, illis verbis, quæ prophetans ad ipſum puerum dixit: *Tu puer propheta altiſſimi vocaberis.* Alij quoque veteris Legis ſancti appellabantur, prophetæ Dei, at Ioannes ſingulariter dictus est Propheta altiſſimi: nam alij procedente tempore à Spiritu ſancto hoc donum obtinuerunt (vnde & nati ſunt, vt poſtea prophetarent) ſed Ioannes ſua natiuitate prædixit Chriſtum, & ex vtero matris eum ſalutauit. Alij prophetæ fuerunt à Spiritu ſancto illuſtrati, ſed Ioannes fuit Spiritu ſancto repletus. Fuit quoque Ioannes omnium Prophetarum terminus. Vnde ſicut ſtella auroræ, quò ſoli vicinior est, apparet maior, & plus aliis fulget: Sic Ioannes quia poſtremus fuit,

& Chri-

& Christo iustitiæ Soli vicinior, fuit maior, aliisque Prophetis illustrior. Imò, sicut illum bene appellauit Dominus, fuit non solùm Propheta, sed etiam plusquàm propheta. Nam Saluatorem, quem alij à longè prædixerunt, & cum desiderio summo eum videndi salutârunt, Ioannes suis oculis contuitus est præsentem, in Iordane babtizauit, & digito monstrauit, dicēs: *Ecce agnus Dei.* Iã verò bonæ turbæ, petite quoque ab ipso Christo, *Quis putas puer iste erit?* quam opinionem habeat de illo, & ipse respondebit, illum non solùm plus esse quàm Prophetam, & quòd in mundo non sit alius eo maior: sed etiam fuisse lucernam ardentem, & lucentem. Fuit Ioannes verè lucerna, quæ luce à Domino communicata, discussis veteris legis tenebris, cœpit cœcum populum illuminare, vt posset splendorem clarissimi Solis post ipsum orituri sustinere. Et hæc est lucerna, de qua loquens Deus per Prophetam dixit: *Paraui lucernam Christo meo.* Tunc autem lucerna hæc fuit accensa, quando adhuc maternis inclusa visceribus, ad æternæ lucis præsentiam, tota fuit diuinæ charitatis incendio inflammata. Tunc admissis veri luminis radiis supernæ gratiæ liquore fuit completa; sic prorsus, vt ex eius plenitudine, cuius & mater particeps facta est, adhuc vtero clausa virginis in Spiritu cognôrit verbi incarnati mysterium. Valde

Psal. 13.

au-

autem congruens erat, Ioannem, qui venerat ad testificandam, manifestandámque lucem, de cœlo ad illuminandos homines delapsam, ipsùm quoque esse lucẽ. Itaque Ioannes erat lucerna, quæ primò in se ipsa ardenti quadam charitate, & zelo salutis humanæ flagrabat. Secundò lucebat aliis exhibendo Christum, hortandóque populum, vt eum tanquam Messiã in lege promissum reciperent, eiúsque fidem & doctrinam amplecterentur. Lucerna quoque fuit aliis ob splendorem eximiarum virtutum: erat enim omnibus rarum quoddam humilitatis exemplum, pudicitiæ speculum, virginitatis ornamentum, lumen sapientiæ, forma innocentiæ, exemplar continentiæ, regula paupertatis, viuáque & perfecta idea pœnitẽtiæ; contemptus mundi, & suiipsius: Quã pœnitentiã, sicut voce prædicauit, aliisq; persuasit, sic opere in se perfectè expressit, quandoquidem à teneris annis deserta patria, & parentibus, in horridum se abdidit desertum, vbi aspero tectus cilicio ex pilis camelorum texto, viliſſimis locustis, melléque syluestri vitam tolerabat, contentus aqua pro potu, & nuda humo pro lecto: Iam si is qui tam copiosa gratia in vtero matris fuit ditatus, & sanctificatus, & in natiuitate sua tot beneuolentiæ diuinæ indiciis à Domino honoratus, factus est cultor heremi, tantáque seueritate pœnitentiæ carnem suam

casti

religion, and to the Service of God, and the Gospel, and to the Salvation of Souls, and to the Glory of God, and to the Honour of God, and to the Glory of God, and to the Honour of God, and to the Glory of God, and to the Honour of God

solùm non esse Christum; sed nec dignum, qui se ad eius abiiceret pedes, & corrigiam calceamentorum eius solueret. Vnde Dominus (qui dixerat humiliantem se exaltandum) voluit manui, quæ se reputabat indignam tactu ipsius pedum, diuinum suum caput submittere, vt ab eo baptizaretur. Verùm quis erat iste clamans in deserto, cuius Ioannes erat Vox, nisi Christus ipse? cuius diuino spiritu Ioannes erat plenus, & per eum loquebatur. Tunc ergo cœpit Christus per eius os clamare, quando nimirum adhuc latebat in vtero matris, & cùm voce non posset, motu saltem & exultatione conabatur manifestare præsentiam saluatoris. Clamauit etiam Christus per Ioannem, quando natus vocem restituit Patri, & per os eius prophetauit, ac benedixit Dominum Deum Israël, qui dignatus erat visitare, & redimere plebem suam. Clamauit item Christus per Ioannem; quando in deserto prædicans, populum hortabatur ad pœnitentiam, & ad præparandam viam Domino post se venturo. Tota quoque Ioannis conuersatio in illo deserto, ab ineunte ætate vsque ad mortem, quid aliud fuit quàm continuus Christi clamor, exemplo Ioannis inuitantis homines ad contemptum mundi, ad mortificandam carnem cum pœnitentia? immò, & in morte ipsa Ioannis clamauit Christus, exemplo fidelis sui serui docens mundum, vitam potiùs quàm veritatem,

& iuſtitiam deſerendam. Chriſtus ergo erat qui clamabat. Chriſtus erat æternum Patris Verbum,& Ioannes erat vox; ac reſtè : nam ſicut verbum ore expreſſum,manet infixum animis audientium, vox verò ſubitò euaneſcit:ſic Ioannes inſtar vocis defecit & præteriit, ſed verbum Dei ſemper creſcit, & in æternum manet cordibus fidelium infixum. Ita enim ipſe Ioãnes loquens de Chriſto confeſſus eſt, dicens ; *Illum oportet creſcere, me autem minui.*

Ioan.3.

9 Conſidera denique quantum gaudium, & exultatio fuerit boni illius Zachariæ patris Ioannis,cum videret in extrema ſua ſenecta ſe à Domino donatum filio tantæ ſanctitatis,& expectationis ; quando vidit ſibi ipſius Domini beneficio, ac filij merito vocem, vſumque linguæ reſtitutum: quando ſpiritu prophetico plenus,cognouit non ſolùm puerum illum à Deo miſſum in eius præcurſorem, ſed ipſum Deũ, ſaluatorémque mundi eſſe vicinum, imò præſentem, vt pote à Ioanne manifeſtatum,& digito demonſtratum. Quare nihil mirum eum tanta exultatione circumuallatum,in diuinas erupiſſe laudes, & deuotiſſimum illud accinuiſſe Canticum, *Benedictus Dominus Deus Iſraël,quia viſitauit,& fecit redemptionem plebis ſuæ.* Eia anima mea,lætemur & nos cum hoc ſancto Propheta,& infinitis laudibus, & benedictionibus Dominum Deum veneremur, qui per viſcera miſericordiæ ſuæ dignatus eſt

Luc.1.

nos

nos longissimè per peccata nostra ab ipso disiunctos, apparendo in carne visitare, quærere, & iustificare. Qui visitauit nos misericordis medici instar, ad curandum inueteratum superbiæ nostræ vulnus nouo, & admirabili suæ humilitatis exemplo. Adhęc fecit redemptionem plebis suę. Non eramus adhuc plebs eius, quãdo Dominus in mundum venit, imò inimici potiùs eius, & plebs diaboli: verùm ipse redimendo nos sibi acquisiuit, & ex inimicis amicos fecit, ac in suam plebem elegit. Nã cùm venditi essemus sub peccato, & miseræ seruituti antiqui nostri hostis addicti, ille persoluto sanguinis sui pretio gratuitò nos liberauit, non enim, teste eius Apostolo, redempti sumus corruptibili auro, & argento de vana nostra conuersatione, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati, vt ex manibus inimicorum nostrorum liberati possimus illi seruire in sanctitate, & iustitia coram illo omnibus diebus nostris. Cæterùm in quo statu erat mundus, & quo loco erant res nostræ, quando hîc cœlestis medicus nascens ex alto nos visitauit? certè, vt benè dicit hic sanctus Propheta, inuenit nos sedentes in tenebris, & vmbra mortis, hoc est diuturna peccati, & ignorantiæ cœcitate oppressos, & antiqui hostis fraude multis erroribus obnoxios, qui ad æternam mortem nos pertrahebãt. Vnde benignissimus Dominus noster afferens veram cognitionis suæ lucem, nostro-

1. Pet. 1.

ſtrorúmque errorum tenebras diſcutiens, veram ad patriam cœleſtem viam patefecit, & actionum noſtrarum greſſus direxit, vt illam veritatis viam ingrederemur, quam ille commonſtrauit, ac tãdem etiam perpetuæ pacis domicilium nobis promiſſum occuparemus. Verùm quid Domine dulciſſime te permouit, quid impulit, vt glorioſum illum, & regium thronum tuũ deſereres, & in hanc vallem lachrymarum, miſeriarúmque plenam deſcenderes? niſi, ſicut bene dixit hic ſanctus Propheta, *viſcera miſericordiæ tuæ*, illa intima charitas, illa amoris plena, & verè paterna viſcera, ille amor impatiens, quo quodammodo declarabas te Deum non eſſe, niſi miſerum hominem participem faceres tuæ diuinitatis. Hic amor effecit, vt deſcenderes de cœlo ad nos viſitandos. Hic fecit, vt carnem noſtram aſſumeres, vt nobiſcum cõuerſari poſſes. Hic fecit vt tolerares tantos labores, iniurias, ærumnas; ac denique hic effecit, vt patereris, & vitam exponeres pro nobis, vt nos poſſimus fieri hæredes regni cœleſtis. Benedicamus ergò (anima mea) Dominum noſtrum in omni tempore, eius laudes ſemper ſint in ore noſtro, continenter eum habeamus in corde, & memoria noſtra, & virtutes eius prædicemus, quoniam ex tantis tenebris nos in admirabile, & glorioſum lumen ſuum vocauit. Eia quis dabit mihi Deus meus, quando veniet dies ille, vt ego quoque emer-

Luc. 1.

emergens ex his tenebris, & vmbra mortis, ac beneficio tuo è tot mundi laqueis, & è manibus omnium inimicorum meorum liberatus, ſine timore coram te, ſeruiam in ſanctitate, & iuſtitia perfecta, omnibus diebus vitæ meæ, imò in omnem æternitatem?

COLLOQVIVM.

O Dulciſſime Ieſu, ô lux vera in tenebris lucens, quæ de cœlo deſcendiſti ad illuminãdos omnes homines, tuarúmque abundantium benedictionum radiis dilectum, & fidelem amicum tuum Ioannem præueniſti, ſic vt priùs tibi natus ſit, quàm à ventre prodierit; antè cognôrit te Deum ſuum, quàm ipſe à mundo agnitus fuerit: quem prætuliſti omnibus reliquis veteris Teſtamenti ſanctis, vt præcederet ante faciem tuam velut nuncius, præcurſor, & Angelus Dei. Sicut igitur Domine clementiſſime tuæ immenſæ bonitati placuit humilem Ioannem ad tantam dignitatem euehere: ita rogo, vt pro infinita miſericordia tua velis quoque animam meam vehementer per peccata depreſſam, & humiliatam erigere, vt in poſterum ſecutus exemplum, ſalutariáque conſilia tui præcurſoris dirigam pedes meos in viam ſalutis, ſimúlque per huius glorioſi ſancti merita, mihi miſero peccatori concedere velis, vt ſicut ille in primo tuo aduentu præ nimio gaudio exiliit: ſic etiam ego in ſecundo tuo aduentu poſſim

gau

gaudere, & vnà cum omnibus angelis, & sanctis in gloria tua exultare.

DOCVMENTA.

1. *DIxit Angelus Ioannem magnum futurum coram Domino. Vnde discimus, veram magnitudinem non consistere in amplo dominio, in opibus, rerumq; multarum scientia, sed in virtutibus, & in vita sanctitate, quemadmodum liquebit in altera vita, quando cuiq; dabitur præmium secundum merita, tunc enim iusti & amici Dei, qui in mundo habiti sunt pauperes, cõtempti, & abiecti, exaltabuntur, & inter primos cœli senatores collocabuntur. Qui verò in mundo habiti sunt in oculis hominum magni, stabunt sub eorum pedibus, nisi deteriorem aliquem locum consequantur.*

2. *Cognati Ioannis vrgebant ne isto, sed Patris potiùs nomine, vel alicuius alterius ex familia appellaretur. Verùm Zacharias, & Elisabeth perstiterunt in sua sententia, nec permiserũt aliud nomen ei imponi, quàm ab Angelo erat patefactum. Quare exemplum datum est parẽtibus, ne putent honorificum esse imponere filiis maiorum suorum nomina, qui sæpè fuêre profani, & gentiles potiùs quàm Christiani, sed nomina Sanctorum, & religiosorum, tum quia illa fuerunt hominum Deo gratorum, cum quo etiam nunc regnant in cœlo, tum quia sæpe numerò pueri ad sui nominis Sanctum afficiuntur, eiusq; virtutes libentiùs imitantur, & recipiunt in aduocatum.*

3. *Ioanni impositum est nomen, cùm circumcide-*

cideretur, vt intelligamus nullius nomen in librum vitæ referendum, niſi priùs cor ſuum, animiq; ſenſus ab omnibus cupiditatibus carnalibus circumciderit; niſi omnibus deſideriis, & voluptatibus illicitis mundi, & carnis renunciarit: neque enim in vno eodemq; corde diuerſari poſſunt Deus ſimul, & mundus, deliciæ diuinæ, & illecebræ carnales. Vnde ſi homo elegerit vnum, neceſſe eſt, vt repudiet alterum.

4. *Hoc nomẽ Ioannis interpretatur gratia Dei. Itaque ſi velimus nobis conſtare ſimuſne in gratia Dei, quemq; gradum gratiæ apud diuinam eius Maieſtatem obtinuerimus, diligenter excutiamus vitam noſtram eamq; cum vita Ioãnis comparemus, cum puritate nimirum illius, humilitate, pœnitentia, ſobrietate, feruore, & zelo animas iuuandi; & ſecundum progreſſum quem in his virtutibus nos feciſſe animaduerteremus cõuenienter vitæ Ioannis, poterimus quoq; cõijcere, ad quem gratiæ gradum peruenerimus.*

5. *Etiamſi mater Dei intraſſet domum Zachariæ patris Ioannis, ibiq; remanſiſſet menſibus tribus, ſua Chriſtiq; præſentia domui illi tantas afferens gratias, & benedictiones; non tamẽ ideò vox illi fuit reſtituta, ſed mutus permanſit vſq; ad filij circumciſionem. Vnde diſcimus primò, pœnas temporales huius ſæculi ſæpè vtiliùs relinqui hominibus, quàm tolli, nempe ob maiorẽ eorũ humilitatem, & meritum. Secundò, Dominum ſolitũ relinquere eiuſmodi pœnas, & flagella pro peccatorũ noſtrorũ ſatisfactione. nam etſi quando peccatores diuinæ reſtituũtur gratiæ, tollatur culpa, & conſequẽter pœna æterna: nihilo-*

mi-

minus remanet obligatio alicuius pœnæ temporalis, quæ ſimilibus flagellis expiatur, & tollitur.

6. Zacharias poſt linguam diuino beneficio ſolutam mox primo quoque verbo erupit in laudes, & benedictiones Dei; informans nos, vt ſimul atq; cognouerimus nos aliqua gratia ſpirituali, vel temporali à Domino donatos, ante omnia non ore tantùm, ſed etiam operibus reddamus gratias, ſuaq; diuinæ Maieſtati nos gratos exhibeamus, tum quia Deus ipſe in ſe omni laude, & benedictione dignus eſt, tum vt gratiã acceptam conſeruemus, vel etiam augeamus.

7. Ioannes à puero recepit ſe in deſertum ad agendam pœnitentiam, vt intelligamus bonum eſſe portare iugum Domini à prima adoleſcentia, bonorumq; operum ſtudio ſe aſſuefacere, dum natura adhuc tenera eſt, nam velut arbor iam matura, & indurata potiùs frangitur, quàm flectitur: ſic homo, ſi ab ineũte ætate non ſe inflectit, & inclinat ad bonum, cum ad maturitatem peruenerit, etiamſi maximè velit, non poterit tamen, niſi cum ſumma difficultate, prauã conſuetudinem vincere, & ad bonum ſe inflectere, niſi Deus potenti manu ſua ei ſuccurrat.

8. Ioanni ſatis non fuit in ſolitudine degere, ſed in ea quoque ſanctiſſimam vitam, virtutibus q; plenam traduxit. Vnde colligere poſſumus, religioſos nõ debere gloriari, aut ſecuros eſſe, hoc ſolo nomine, quòd verſentur in religione, aut multos annos in ea conſumpſerint, niſi eam ſanctè, & religiosè vixerint: imò nihil eis proderit, ſed potiùs vehementer oberit, ſi ſolo nomine religioſorum contenti ſint, & vitam nomini non conformet,

ment, vt enim ingredi religionẽ est summa perfectio, ita non viuere in ea religiosè summa dãnatio est.

9. Ioannes verò securè propriæ perfectioni consequendæ operam daret, & animam suam immunem à peccato seruaret, hominum conuersationem, & mundi tumultum fugit, docens nimirum exemplo suo, difficulter in mundo custodiri vitæ innocentiam, & sanctitatem acquiri: nam, vt dicit quidam Sanctus, sicut impossibile est arborem in via publica posse cõseruare suos fructus vsque ad maturitatem: sic quasi impossibile est, vt homo remanens in mundo immunis maneat à peccatis: Et sicut in eodem periculo sunt illæ arbores, quæ licet plantatæ in horto concluso, foras tamen suos ramos porrigũt sic vt prætereuntes, licet arborem attingere non possint, possint tamen deiicere fructus: sic religiosi, qui existentes in cœnobiis implicant se negotiis secularibus, in magno periculo sunt, ne à diabolo bonorum operum fructibus spolientur.

10. Dixit Christus Ioannem esse lucernã ardentem, & lucentem. Seruo Dei, & Christiano satis non est esse lucernam tantùm, hoc est, vt habeat tantùm fidem, & nomen Christiani sine charitatis ardore, & bonorum operum luce, nec satis est hanc lucernam tantùm in speciem splendere operibus bonis, & piis, sed necesse est, vt in se quoq; habeat ardorem charitatis. Nam esse tantùm lucernam est summa damnatio solùm splendere aliis magnã est vanitas, ardere solùm sibi exigui est pretij, sed ardere simul & lucere summa perfectio est.

PROOEMIVM

IN SEQVENTES DISCVRSVS,

DE COMMVNI SANCTORVM.

Psal.44. *Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circundata varietate.* Hæc nobilissima Regina tãtopere honorata, quam cœlorũ Rex considere voluit ad suam dexteram, non est alia, quàm Ecclesia eius sponsa, quæ dicitur assistere Christi dexteræ, quia singulariter semper fuit ab eo amata, & beneficiis multis affecta, ac potenti eius manu continenter custodita. Hæc igitur dicitur varietate circũdata, eò quòd multæ & variæ sint eius vestes, & ornamenta. Quot enim fuerunt filiorum eius in toto Sanctorum exercitu virtutes, quot dotes & excellentiæ, tot fuêre vestes, tótque, & tam varia huius Reginæ superni Regis sponsæ ornamenta. Hę autem omnia vestimẽta sunt aurea, vel inaurata. Nec aliud hoc aurum designat, quàm charitatis perfectionem, sine qua nullum ornamentum pulchrum

pulchrum, nulla virtus alicuius pretij esse potest; reliquæ enim omnes, hac destitutę vt bene dicit ad Corinthios Apostolus, nihil sunt: Talia fuerunt ornamenta, & pretiosæ inaures, ac armillæ datæ Rebeccæ, quando à magno Patriarcha Abrahã, accepta est in sponsam Isaac primogeniti filij sui Sic in Salomonis templo nõ aliud erat videre, nisi purum, & mundissimum aurum: neque enim cõuenit in domo Dei quicquam apparere vile & immundum. Vnde rectè Ecclesia sancta dicitur vestita auro, quia tota sancta est, tota pulchra, tota munda, & immaculata. De qua dixit Dominus, *Vna est colũba mea, perfecta mea, immaculata mea vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugã.* 1. Cor. 13. Gen 24. 2. Reg. 6. Cant. 6. Ephes. 6.

Videntur quidem veteres illi sapientes, & Philosophi (sicut & hæretici) multa virtutum ornamenta similia cum Ecclesia Christi sponsa habuisse. Sed magnum erat discrimen; licet enim videantur aurea, nõ tamen erant: quia quæcunque sapientia, quæcunque iustitia, humilitas, patientia, castitas, vel alia quæuis virtus, si nõ refulget auro veræ charitatis, falsa, & nullius pretij est. Itaque meritò depingitur Ecclesia cum veste aurea, quia omnia eius vestimenta hac nobili, diuinaque virtute contexta sunt & consuta. Quanquam verò semper suis induta sit ornamentis, non tamen ideircò omnia apparẽt. Nam aliquãdo demonstrat se ornatam fide, aliquando

ſpe, nunc charitate, nunc alia virtute, ſub qua quodammodò omnes reliquæ delitescunt, vt videri nequeant. Tunc ergo hæc magna Regina primò apparuit veſtita & ornata quaſi flammea purpura, quando poſt aſcenſionem ſponſi ſui in cœlum, deſcendens amabilis ſpiritus in ignitarũ linguarum ſpecie ſuper Apoſtolos, ita inflãmauit eorum pectora, vt omni humano timore depulſo palam cœperint diuinitatem Chriſti prædicare, non in Iudæa modò, ſed etiam in omnibus mũdi partibus, & ſpargentes ſua prædicatione diuini ignis flammas, omnium mortalium fide, & amore in Chriſtum redemptorem noſtrũ accenderint. Deinde comparuit hæc nobilis Regina veſtita fide, quando Sancti Apoſtoli, aliique fideles cœperunt coruſcare miraculis, aliiſque inuſitatis ſignis, vt hac re huius cœleſtis ſponſi præſtantiam teſtificarentur, hominéſque ad amplectendam eius legem allicerent. Apparuit quoque ornata ſpe & fiducia, quando eius filij cœperunt mentem à terrenis attollere ad contemplationem, & deſiderium rerum cœleſtium, dicentes cum Apoſtolo,

Phil. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.* & item

Pſal. 41. cũm Propheta. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Poſtea verò apparuit Eccleſia veſtita charitate, quando vti legitur, *multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna*, nec quiſquam eorum quæ poſſi-

Act. 4.

de-

debant aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia Apparuit item vestita fortitudine, quando fideles ardentes, diuini honoris accensi zelo tanta libertate prædicabant Christi fidem; animóque intrepido, abiecto omni minarum cruciatuum, ipsiúsque mortis metu suis contradictoribus, & tyrannis respondebant: sicut responderunt Apostoli, *Si iustum est in conspectu Dei vos potiùs audire, quàm Deum, iudicate, non enim possumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui.* Act. 4. Tunc cœperunt tyrannorum persecutiones, totí que mundo innotuit illustris martyrum fortitudo & constantia. Tunc non modo homines robusti, sed etiam teneræ virgunculæ, & pueri certatim cum magno gaudio, & prōptitudine ad martyrium currebant, parati pro defensione veritatis Christianæ profundere sanguinem & vitam. Deinde vestiuit se Ecclesia sancta veste prudentiæ, & sapientiæ eo tempore, quo in ea floruére tot sancti Doctores, & Patres, qui sua doctrina, prædicatione, diuiníque scriptis contra fraudes, & corruptelas hæreticorum Ecclesiam defenderunt, firmioremque, & illustriorem reddiderunt. Apparuit adhæc vestita temperantia, quando tot eius filij contempto mundo cum eius vanitatibus, desiderio vitæ perfectæ cum innumeris Sanctis Monachis deserta, & tot religiosis congregationibus, Virginúmque choris claustra, & cœnobia complérunt.

Huiuſmodi ergo ſunt ornamenta, & aureæ veſtes huius dilectæ Domini ſponſæ, Eccleſiæ Sanctæ matris noſtræ. Iam ſi ob tantam varietatem, & venuſtatem virtutum, quæ in terra reperiuntur in hominibus ſanctis & iuſtis, licet non ſine imperfectione, apparet ita bella, & admirabilis Eccleſia militans: quid erit videre in cœlo Eccleſiã triumphantẽ, illam dilectam ſpõ-
Apoc. 9. ſam agni quãdo ſine vlla macula aut ruga illi licebit, vt ſcribit in Apocalypſi beatiſſimus Ioannes, ſe totam obtegere, & adornare candida, & fulgẽti byſſo, quãdo intra innumerabilium Angelorum, Sanctorúmque ſplendores, in veſte aurea conſummatæ perfectiſſimæque charitatis, cum bella omnium virtutum varietate, ſuorúmque glorioſorum filiorum meritis apparebit oriente aurora gratioſior, luna pulchrior, & ſole ipſo elegantior? Hæc eſt illa ciuitas ſancta, illa Hieruſalem noua, quam idem Euangeliſta vidit deſcendentem de cœlo, manibus Dei præparatam, & ſponſo ſuo cœleſti ornatam, in qua ipſe Deus habitat cum omnibus ſuis ſanctis, & ipſi cum ipſo in æternum. Reſtat nunc, vt poſtquam vidimus varietatem veſtium, & ornamentorum Matris, videamus quoque ornamenta, & cultum filiorum, qui poſt aduentum ſponſi ſui in terram, deinceps floruerunt, & vſque ad finem mundi in hac militante Eccleſia florebunt.

IN

IN COMMVNE APOSTOLORVM.

DISCVRSVS I.

EVANGELIVM.

CVM dies factus esset, Iesus vocauit ad se discipulos suos quos voluit, & elegit duodecim ex illis, & fecit vt essent duodecim cũ illo, quos vocauit Apostolos, vt eos postea mitteret ad prædicandum, vt Simonem quem mutato nomine vocauit Petrum, & Andræam fratrem eius, & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem dicti Iacobi, Philippum, & Bartholomęũ, Matthæum, & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem Cananæum, Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotẽ, qui postea eum tradidit. Et videns Iesus turbas, misericordia motus su- *Mat. 9. 10. Mar. 3. 6. Luc. 6. 9.*

per illas, quia erãt afflictæ, & iacebant ſicut oues non habẽtes paſtorem, dixit ad diſcipulos. Meſſis multa, operarij autem pauci, & conuocatis ad ſe duodecim, cœpit eos mittere binos, & præcepit illis. Ite & prædicate, quia appropinquauit regnum cœlorũ, infirmos ſanate, mortuos reſuſcitate, leproſos mundate, dæmones eiicite, gratis date, quæ gratis accepiſtis. Nolite poſſidere aurum vel argentum, nec pecuniã, nec quicquam per viam portate, nõ ſacculum, nec virgam, nec panem, nec duas tunicas, quia operarius eſt dignus cibo ſuo. Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.

Vos amici mei eritis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. Iam non dico vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat dominus eius: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo nota feci vobis. Non vos me elegiſtis, ſed

ego

ego elegi vos: & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

Denique Iesus, (post suam resurrectionem) apparens discipulis suis, dixit illis. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Ite ergo in vniuersum orbem, & docete omnes gentes, & prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes illos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis. *Matt. 28. Mar. 16.*

FIGVRÆ.

1. IAcob Patriarcha habuit filios duodecim Patriarchas, à quibus *Gen. 35. Exod. 1.*

deſcendit, & originem traxit populus Dei.

Exod. 18. Num. 12. 2. *Moyſes elegit duodecim Principes in duces totius populi Iſraël, dum in itinere eſſent in terram promiſſionis: atque hi Principes quoque erant illi, qui cum ſuis tentoriis ſtabant circum tabernaculum, & arcam Domini.*

Num. 13. 3. *Moyſes miſit duodecim exploratores ad conſiderandam terram promiſſionis, quam erat occupaturus.*

3. Reg. 4. 4. *Salomon conſtituit duodecim præfectos populi Iſraël, quorum officium erat domui regiæ procurare cibum.*

PROPHETIÆ.

Pſal. 44. 1. *PRo patribus tuis nati ſunt tibi filij, cõſtitues eos Principes ſuper omnem terram.*

Pſal. 18. 2. *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.*

Ierem. 16. 3. *Conſtitui ſuper vos ſpeculatores, audite vocem tubæ.*

Iſa. 62. 4. *Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes, toto die & tota nocte, in perpetuum non tacebunt.*

Iſa. 12. Num. 1. 5. *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bona,*

na, prædicantis ſalutem dicentis, Sion regnabit Deus tuus. Rom. 10.

6. *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?* Iſa. 60.

7. *Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiã tenentes ſagittam, in Italiam & Græciã, ad inſulas longè, & annunciabunt gloriam meam gentibus.* Ibid.

CONSIDERATIONES.

SAnctiſſimus Rex, & Propheta Dauid, conſiderans excelſa Domini opera, ſpeciatim creationem, gubernationem, & admirabilem, ſtupendúmque machinæ mundi ordinem, exclamauit in hæc verba: *Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: omnia in ſapientia feciſti.* Magnam profecto ſapientiam Deus demonſtrauit in creatione cœli, & terræ, illud tanta aſtrorum, ſignorúmque cœleſtium, hanc verò plantarum, & animalium varietate ornando. Deinde in creatione duorum clariſſimorum mundi oculorum, magnorúmque luminarium, Solis & Lunæ, vt lumen præberent omnibus terræ partibus, ac dies, aliáque anni tempora diſtinguerent. Sed ſi magna fuit ſapientia hunc mundum condere, non minor certe bonitas fuit illum gubernare; nam cùm ipſe ſolus ſolo voluntatis ſuæ nutu potuerit illum gubernare, ſicut potuit creare, voluit tamen creaturis ſuis etiam Punct. 1. Pſal. 108.

Pyrrhi Epiri monarchæ amicitiam fibi conciliare, ut
ab eo auxilia contra Romanos impetrare poſſet. Ad
quem cum legati miſſi eſſent, ſimulque ab eo peterent,
ut ſecum ſocietatem & amicitiam faceret, Pyrrhus
ſe libenter id facturum reſpondit, ſi Romani ſimul
cum Tarentinis ſocietatem cum ipſo facerent. Quod
cum legati ſe facturos promiſiſſent, Pyrrhus ſtatim
copias ſuas in Italiam traduxit. Romani autem ad
Pyrrhum legatos miſerunt, qui ab eo petebant, ut
ſecum ſocietatem faceret, ſi ipſe ſocietatem cum Ta-
rentinis non fecerat. Pyrrhus reſpondit, ſe libenter
id facturum, ſi Romani ſocietatem cum Tarentinis
non fecerant. Quod cum legati ſe facturos promiſiſſent,
Pyrrhus ſtatim copias ſuas in Italiam traduxit. Ro-
mani autem ad Pyrrhum legatos miſerunt, qui ab eo
petebant, ut ſecum ſocietatem faceret, ſi ipſe ſocietatem
cum Tarentinis non fecerat. Pyrrhus reſpondit, ſe
libenter id facturum, ſi Romani ſocietatem cum Ta-
rentinis non fecerant. Quod cum legati ſe facturos
promiſiſſent, Pyrrhus ſtatim copias ſuas in Italiam
traduxit. Romani autem ad Pyrrhum legatos miſerunt,
qui ab eo petebant, ut ſecum ſocietatem faceret, ſi ipſe
ſocietatem cum Tarentinis non fecerat. Pyrrhus reſpon-
dit, ſe libenter id facturum, ſi Romani ſocietatem cum
Tar

beatiſſimam, quæ genuit ipſum ſolem, illam puriſſimam Virginem, quam, ſcriptum eſt, pulchram eſſe vt lunam; quæ ex abundantia lucis ab eodem ſole communicatæ, reſplendet in nocte huius ſæculi, velut refugium, mediatrix, & aduocata omnium peccatorum. Poſt hæc autem nobiliſſima luminaria, inter omnia aſtra, intérque eos quos Dominus gubernandæ Eccleſiæ ſuæ præfecit, ſuóſq; cooperatores in opere humanæ ſalutis eſſe voluit, primum locum tenent ſancti Apoſtoli, qui duodecim ſignorum cœleſtium inſtar refulgent in Eccleſia, ſuæque doctrinæ, miraculorum, viuorúmque exemplorum influxu, & luce ex toto orbe terrarum vberrimum retulerunt fructum, fidémque Chriſti in toto mundo plantârunt, & propagârunt. Hi quoq; ſunt duodecim illæ lucẽtes ſtellæ, quas ſanctus iſte Euangeliſta, in ſpeciem coronæ impoſitas vidit capiti magnæ mulieris, quæ apparuit in cœlo amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius: nam hæc mulier aliud non deſignabat, niſi ipſam Eccleſiam ſanctã, quæ in primis ſuis initiis mirabilibus horum duodecim Patrum operibus, velut à duodecim lucidiſſimis ſtellis fuit adornata, & illuſtrata.

Cant. 6.

2. Circa hoc Apoſtolatus officium in Dei Eccleſia tam eximium, & ſingulare. Primò, conſideranda eſt beatiſſimorum Apoſtolorum electio. Secundò, huius numeri

meri myſtici ſignificatio. Tertiò, Apoſtolici officij dignitas. Quartò, ampla eius poteſtas. Quintò, fructus ex ea in mundo conſecutus. Et primò circa vocationem, & electionem horum glorioſorum Sanctorum, conſidera Filium Dei, vt fortem illum armatum expugnaret, & è mundo exterminaret, in quo tot iam ſæculis regnârat, ſimúlque vniuerſum genus humanum dura ſua ſeruitute liberaret, non è cœlo euocaſſe angelorum legiones, nec coëgiſſe hominum exercitus, ſed ex tot hominum millibus elegiſſe tantum duodecim. Et cùm in orbe terrarum tot eſſent Reges, Principes, alijq; viri illuſtres, tanta quoque doctorum, ſapientum, & eloquentium hominum turba, nullum tamen ex illis delegit æterna ſapieniia, ſed homines pauperes, ſimplices, & indoctos, vt teſtatur Apoſtolus: *Videte*, inquit, *fratres vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret.* Erat mũdus ſimilis magnæ ſtatuæ, quam in ſomniis vidit rex Nabuchodonoſor, cuius caput erat aureum, pectus cum brachiis argenteum, venter cum femoribus ex ære, tibiæ cum pedibus ferreæ. Quibus metallis ſignificabatur dignitas, opes, & potẽtia mo-

Luc. 11. *Ioan.* 12.

1. *Cor.* 1.

Dan. 2.

Marc. 16. Luc. 24. Jean 20. Act. 1. 1. Cor. 15.

Matth. 28.

orbis terrarum. Vbi vide, Deum non subiecisse suæ legi populos authoritate, & potentia Principum, sed prædicatione paucorum, & simplicium hominum Imperatores, Monarchas, & Reges mundi obedientiæ fidei Christianæ subdidisse. Similiter nec opera Sapientum, & magnorum oratorum vocasse suos pauperes piscatores, sed contra à opera idiotarũ piscatorum conuertisse, & ad se attraxisse sapientes Philosophos, & oratores mundi. Sicut quoque in vetere Testamento Deus ad frangendam Regis Pharaonis superbiam non iniunxit in eũ leones, aut tigrides, aut armatas copias, sed exiguas muscas, & ranunculas. Similiter ad edomandam tyranni Holofernis arrogantiam, nõ vsus est nisi opera imbecillis sexus, nempe fœminę Hebrææ. Ad delendum item potentem, & innumerabilem Madianitarum exercitum, non nisi paucorum hominum manu vsus est, qui in manibus loco armorum aliud non habebãt, nisi lagenas terreas, in quibus erat accensa lampas, & vnam tubam. Eodem modo cœlestis ille dux ad pudefaciendam superbam huius mundi sapientiam misit homines contemptos, & instar agnorum mãsuetos, vt contra ferocissimos lupos depugnarent ad eos conuertendos, & è lupis in agnos transformandos Erant verè sancti Apostoli, vt vasa fictilia, debiles, & contẽpti, sed pectora eorum ardenti salutis animarum zelo flagrabant. Erant item tubæ,

Exod 3.

Iud. 13.

Iud. 7.

quæ

Pour-
quoy.

ment que l'eau, pour ce qu'elle est plus pesante que l'air, & que la terre est plus pesante que l'eau, il faut que la terre soit plus proche du centre du monde que l'eau, & l'eau plus proche que l'air, & que l'air soit plus proche du ciel que l'eau, & l'eau plus proche que la terre. Et pour ce que la terre est plus pesante que l'eau, elle doit estre plus proche du centre du monde que l'eau, & l'eau plus proche que l'air, & l'air plus proche du ciel que l'eau, & l'eau plus proche que la terre. Et pour ce que la terre est plus pesante que l'eau, elle doit estre plus proche du centre du monde que l'eau, & l'eau plus proche que l'air, & l'air plus proche du ciel que l'eau, & l'eau plus proche que la terre.

Pour-
quoy.

Pour ce que la terre est plus pesante que l'eau, elle doit estre plus proche du centre du monde que l'eau, & l'eau plus proche que l'air, & l'air plus proche du ciel que l'eau, & l'eau plus proche que la terre. Et pour ce que la terre est plus pesante que l'eau, elle doit estre plus proche du centre du monde que l'eau, & l'eau plus proche que l'air, & l'air plus proche du ciel que l'eau, & l'eau plus proche que la terre.

mitatibus compati, quantamque miſericordiam erga alios exercere. Tales congruebat eſſe primos paſtores, & Doctores generis humani, pauperes, humiles, & mãſuetos, & tales etiam pro infinita ſua miſericordia Dominus nobis dedit.

3. Conſidera deinde nomen, & numerũ huius chori Apoſtolici nam vt ſcriptũ eſt, elegit, & voluit eos eſſe duodecim; & appellari Apoſtolos, quod nomen ſignificat, miſſum, vel legatum, & rectè Hi enim *Luc. 6.* fuerunt illi Legati, & fœlices nuncij ab ipſo Domino emiſſi ad annunciandum Euãgelium nouum in vniuerſo mũdo. Voluit deinde eſſe duodecim, ob magnum myſterium hoc numero comprehenſum, continet enim ter quaternarium numerum, & quater ternarium: qua re aliud non ſignificatur, quàm Apoſtolos fore primos, qui in quatuor mũdi partibus prædicaturi, & patefacturi eſſent ſanctiſſimæ Trinitatis gloriam, & fidem, myſterium in illam horam vſque occultum, & à paucis cognitum Secundò voluit eſſe duodecim ad complendas veteris legis figuras; in qua ſacer hic numerus varijs modis fuit vſurpatus, & celebratus. Neq; enim aliud duodecim fontes à populo Iſraël reperti in deſerto He- *Exod. 15.* lim ſignificârunt, niſi aquas gratiæ Euangelicæ, quibus hi duodecim fontes Apoſtoli irrigârunt omnes partes terræ. Similiter duodecim lapides pretioſi in Rationali ante ſummi veteris legis Sacerdotis pe-

Book I. Chap. 1. Sect. 1.

Subject. Object. Act.

Sect. 2. Subject. Object. Act.

Sect. 3. Subject. Object. Act.

Sect. 4. Subject. Object. Act.

Sect. 5. Subject. Object. Act.

Sect. 6. Subject. Object. Act.

Sect. 7. Subject. Object. Act.

Sect. 8. Subject. Object. Act.

Sect.

Rien, sans compter l'ordre naturel
Des Saints, ne peut nous faire
connoître
Quelle est la gloire de chacun
Dans le Ciel, & quel est son
rang.
Mais, Seigneur, vous qui
connoissez
Tout ce qu'ils ont fait pour
votre Gloire,
Vous qui savez tout ce qu'ils
ont souffert
Pour votre Nom, & tout ce
qu'ils ont fait
Pour votre Eglise, & pour
votre Peuple,
Vous qui savez tout ce qu'ils
ont fait
Pour votre Eglise, & pour
votre Peuple,
Vous qui savez tout ce qu'ils
ont souffert
Pour votre Nom, & tout ce
qu'ils

prærogatiua S. Apoſtolorum fuit, quòd eſſent lapides primi collocati, & immediatè fundati ſuper lapide angulari Chriſto Ieſu ſupremo ſanctæ Eccleſiæ fũdamento, vt loquitur Apoſtolus ad Epheſios. *Iam*, inquit, *non eſtis hoſpites, & aduenæ,*
Epheſ. 2. *ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamendum Apoſtolorum, & prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.* Vnde, & meritò ſancti Apoſtoli vocantur Eccleſiæ columnæ, de quibus
Pſal. 74. Deus per Prophetam dixit, *Ego confirmaui columnas eius.* Et quæ ſunt hæ columnæ, niſi de quibus ſponſa ſui ſponſi pulchritudinem deſcribens, dixit. *Crura eius columnæ*
Cant. 5. *marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas.* Quod aurum ſignificat charitatem, ſupra quam erant fundati ſancti Apoſtoli, ſicut Dominus eis commendauit dicens: *Hæc mando*
Ioan. 15. *vobis, vt diligatis inuicem.* Tertia prærogatiua Apoſtolorum eſt, quòd antelati ſunt, dignioreſque facti non ſolùm omnibus veteris legis Patriarchis, & Regibus, verùm etiam prophetis, qui id temporis tanta ſanctitate, & miraculis floruerunt. Multò enim maior, & vberior gratia communicata fuit Apoſtolis, quã Prophetis, maiuſque diuinorum myſteriorum lumen, vtpote illis, qui digni æſtimati erant, vt reciperent primitias Spiritus S. Itaque magnitudine charitatis, donorumque cœleſtium abundantia omnibus veteribus ſanctis antecelluerunt. Deinde Prophetæ aman-

amandati erant ad vnum tantum populũ, nempe Hebræum, at sancti Apostoli nullis præfinitis limitibus tanquam Doctores, & Pastores vniuersales, missi sunt ad omnes populos, & nationes mundi. Præterea salutem, quam Prephetæ multò ante prænunciarant, & salutare illud tantoperè desideratum, quod illi à longè salutârant, Apostoli proprijs oculis coram viderunt, auribus audierunt, & manibus contigerũt. Vnde, & veriùs quàm prophetę dicere potuerunt. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perſpeximꝰ, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ annunciamus vobis.* Denique Prophetæ tantũ præparârunt materiam fabricandæ nouæ Ecclesiæ, sed Apostoli opere complêrunt, & initium fabricæ dederunt, sicut & legimus Dauidem regem omnem materiam pro ædificio templi parasse, sed Salomonem iactis fundamentis totum ædificium absoluisse. 1. *Ioan.* 1.

5. Potest quoque eminentia, & dignitas Apostolorum cólligi, ex varijs nominibus quibus in scriptura appellantur, & ex varijs rebus quibus præfigurantur. Ac primò quidem vocantur Principes, de quibus dixit Propheta, *Constitues eos Principes super omnem terram:* eò quòd fuerint prima capita, & gubernatores Ecclesiæ, ac velut populi fidelis duces in omnibus mundi partibus. Deinde vocantur, & sunt populi Pastores, & Doctores, quibus Dominus in *Psal.* 44.

pri-

primis pascendi, instruendique gregis sui curam commisit, quos, & ante Deus per prophetam promiserat: *Dabo*, inquiens, *vobis Pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia, & doctrina.* Atque id Dominus ipse mandauit Apostolis, quando post resurrectionem apparens eis dixit, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, docentes seruare omnia, quæ præcepi vobis.* Sunt quoque Apostoli vocati Dij, iuxta illud Psalmi. *Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt*: idque ob miraculorum, aliorumque operum admirandorum excellentiam quæ Dominus per illos patrauit. Qua de causa, & Moyses Deus Pharaonis nominatus est. Omnibus autē honoris titulis, & elogijs eminuit: quòd ab ipso filio Dei vocati sint amici: nam Apostolis ceu fidelissimis amicis omnia Patris sui arcana patefecit, diuinorumq; mysteriorum participes reddidit, dicens ad illos. *Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius, sed dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo nota feci vobis*, immò post gloriosam resurrectionem suam, cum mandaret Mariæ, vt Petro cæteriscque Apostolis bonum hunc nuncium afferret, appellauit eos fratres. Quæ verò maior excogitari potest in terra dignitas, quàm hominem mortalē fieri amicum intimum, & secretarium, non regis alicuius aut Imperatoris terreni, sed ipsius Dei, Regis, & Domini cœli, & terræ?

Hier. 3.

Psal. 28.

Psal. 46.

Ioan. 15.

Ioan. 20.

Adhæc

Adhæc ex rebus quibus Apostoli sunt assimilati, colligi potest singularis eorũ dignitas, & primò sunt assimilati cœlis, de quibus Propheta. *Cœli enarrant gloriã Dei.* *Psal. 18.* Verè cœli, in quibus Christus habitat, quorum verbis tonat, miraculisq;, & aliis signis admirabilibus fulgurat. Imò in eum modum per eorum os intonuit, vt eorum *Isa. 60.* sonitu tremefecerit totam terram. Deinde comparantur nubibus volantibus, tum ob celeritatem qua percurrerunt totum mũdum, tum quia instar fœcũdarum nubium doctrinæ suæ imbre totum mundum irrigârunt. Tertiò assimilantur palmitibus vitis ob magnam coniunctionem, quam habuerunt, cùm vera vite Christo Domino *Ioan. 5.* nostro, sicut ipse dixit illis. *Ego sum vitis, & vos palmites.* Fœlices palmites, qui virtute cœlestis vitis à qua producti estis, attulistis mundo vinum nouum gratiæ Euangelicæ quod lætificat corda, & animas diuino amore inebriat. Quartò sunt comparati agnis, sicut Dominus ad illos dixit, *Ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Agni *Luc. 10.* fuerunt ob innocentiam, humilitatem, & mansuetudinem, atque etiam ob vtilitatẽ, quã sua doctrina, & exemplo attulerunt mundo. Quintò fuerunt à Domino vocati lux mundi: illi enim sunt lucernæ illæ ardentes impositæ Ecclesiæ candelabro ad præbendam lucem omnibus domum Dei incolentibus. Atque etiam fuerunt illi, qui doctrinæ suæ luce infidelitatis, & ignorã-

tiæ tenebras è mundo exterminârunt. Sũt item appellati ſal terræ quia ſapientiæ eorum ſale conditus eſt inſipidus hominum terrenorum guſtatus, vt inciperent deguſtare ſáporem, & ſuauitatem rerum cœleſtium. Deinde ſicut ſal à putrefactione præſeruat carnes, & vulnera conſolidat, ſic hoc ſal apoſtolicũ valuit ad ſananda vulnera noſtra, ſeruándaſque animas à corruptione peccati.

6. Conſidera deinceps magnam, & multiplicem officij Apoſtolici poteſtatẽ. Quam ũ prima, & princeps eſt, quando Chriſtus in extrema cœna ordinauit eos in ſacerdotes, ineffabilémq; illam ſuper Angelos poteſtatem dedit conſecrandi, & offerendi in ſacrificium verum, ſanctiſſimum corpus ſuum, & ſanguinem in remiſſionem peccatorum noſtrorum. Prætereà poſt reſurrectionem ſuam dedit illis etiam poteſtatẽ in corpus ſuum myſticum, nempe abſoluendi homines à peccatis, tradens eis claues cœli, vt illud pro arbitrio ſuo claudere, & aperire poſſent. Verè poteſtas admiranda & diuina, qua illis cõceſſum eſt homines reconciliare cum Deo, gratiã Spiritus ſancti conferre, reddereq; animas maculis peccatorum immundas puriores, lucidioréſq; ſtellis, ac denique peccatoribus patefacere cœli portas, eoſq; facere angelorum, aliorúmque ipſius cæli ciuium cõſortes. Vide quanta fuerit bonitas, & clementia Chriſti D. N. largiri hominibus in terra

terra degentibus claues cœli: quanta rursum eiusdē benignitas, nam cum propriū sit solius Dei dimittere peccata, nihil aliud fuit communicare hanc potestatem Apostolis, quàm facere eos tantùm non Deos in terra. Altera potestas, quam Dominus illis attribuit fuit illa iurisdictio, & auctoritas, Ecclesiam, quā suo sanguine acquisierat, regendi, & gubernādi. Licet hæc potestas, sicut & præcedens, fuerit principaliter concessa S. Petro, tanquam capiti, & Principi Apostolorū totiúsq; Ecclesiæ: illi enim particulatim Dominus suas oues commendauit, quando ei dixit *Pasce oues meas, & dabo tibi claues regni cœlorum.* Quā potestatem non recepit ille pro se solo, sed etiā pro omnibus suis successoribus ad populi fidelis salutem. Tertia potestas Apostolica fuit, prędicare, & docere nouam legem gratiæ omnes gentes, scribendo eam non in tabulis lapideis, (sicut scripta fuit lex timoris data à Deo per Moysen) sed in tabulis cordis carnalibus, tanquā legem amoris. Quam potestatem illis dedit Dominus, quando ad prædicandum dimissis, dixit, *Ite, docete omnes gentes.* Quarta potestas Apostolorum fuit, posse scribere, & edere Scripturas Canonicas, tum quia Spiritus sanctus per eorum ora loquebatur, tum quia à summo legislatore Christo instituti & informati fuerunt de omnibus sanctæ fidei mysteriis. Quinta, & vltima potestas eis à Domino collata, fuit virtus

miraculorum. Conuenientissimum enim erat, vt qui doctrinam tam sublimem, & inauditam diuulgabãt, eius veritatem admirandis operibus confirmarent, vt excitando mortuos, illuminãdo cœcos, surdis auditum restituendo, dæmones expellendo, & omni genere morborum homines liberando. In summa, habuêre Apostoli potestatem supra naturam, ad eam curandam: supra elementa, ad mutanda, supra dæmones, ad eos eiiciendos, super animas humanas, ad liberandas eas à peccatis, & denique supra mortem, in aliis, vt eam fugent, in seipsis, vt contemnant: nam eadem constantia qua disseminârunt, & defenderunt fidem, eadem etiam tãdem sanguinem, & propriam vitam profuderunt.

7. Considera deinde fructum è gloriosis his sanctis mundo allatum, verbis illis à Christo indicatum. *Ego elegi vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Verè autem magnus, & admirandus fuit fructus ab his duodecim factus, tum quod Euangelio Christi totum orbẽ terrarum complêrint, tum quòd tantas, tamque graues difficultates, & impedimenta superârint, quæ opera dæmonis, ministrorúmque eius in omnibus mundi partibus se obiiciebant. Falsorum Deorum cultum exciderunt, mendacia oraculorum ora clauserunt, radices peccatorum euulserunt, igneque diuino, quo ipsi ardebant,

Ioan. 1.

Digitized by Google

bant, totam huius mundi ſyluam accenderunt, feruoréque ſpiritus, lumine & ſplendore veritatis complêrunt. Quare quicquid hodie boni cernitur in Eccleſia Dei, id omne laboribus, orationibúſq; horum glorioſorum Apoſtolorum acceptum ferri debet, ſalúſque omnis, quam inde ab illis temporibus expertum eſt humanum genus, eorum beneficio procurata eſt. Hi fuêre quatuor illi fontes, per quos aqua gratiæ, doctrinæque Euangelicæ ex paradiſo illo terreſtri deriuata eſt, imò cœleſtis Chriſtus Ieſus Dominus noſter, qui irrigauit omnes partes mũdi. Ab his glorioſis principibus, & Dei amicis promanauit conſtantia Martyrum, iuſtitia Confeſſorum, prudentia, & zelus Doctorum, Sacerdotum ſanctitas. Vitæ monaſticæ rigor, & Virginum puritas, Vnde meritò ſanctus Propheta, velut admirans copioſum fructum, quem noui operarij erant Eccleſiæ importaturi dixit: *Nimis honorati ſunt amici tui Deus, nimis cõfortatus eſt principatus eorum.* Et quid aliud fuit huius exigui Apoſtolorum chori prædicatio, niſi granum ſinapi, quod Dominus dixit eſſe quidem omnium minimum, ſed in terram proiectum, in tantã pullulat magnitudinem, vt non ſolùm alias ſuperet plantas, ſed etiam in ſolidam arborẽ extreſcat, in cuius ramis aues cœli colligantur, & habitationẽ capiant. Puſillus certè grex, vt illis Dominus dicebat, fuêre S. Apoſtoli,

Gen. 2.

Pſal. 138.

Matth. 13.

sed tanta fuit vis spiritus in animis eorũ, qui per os se prodebat, vt exiguum fidei semen, quod in cordibus hominum illi plantârunt eoúsq; creuerit, vt celsissimæ, amplissimæq; arboris instar, vt dixit Propheta, implerit totam terram, vmbráque sua contexerit mõtes,& ramos suos à mari ad mare extenderit. Sic prorsus, vt nunc in toto vniuerso in ramis, sub vmbra huius fœlicis arboris nẽpe doctrinæ Euangelicæ,& Apost. omnes fidelium animæ vberrima pascua, summã pacem,& securã quietem inueniant. Si ergo hi glorioſi Apostoli, dum adhuc essent in terris, nõ sua sed Christi virtute tam fuerunt potentes; quid non poterunt modò, cùm viuunt cũ Christo ipso in æterna fœlicitate? Et si dũ essent in vita mortali videbantur habere
Act. 5. vitæ,& mortis imperium, quia vno eorũ verbo & viui moriebantur, & mortui ad vitam excitabantur: quantam ergo cogitandum est nunc eorum esse potentiam, cùm ad tãtam gloriam euecti sunt in cœlo? Quare meritò gaudet,& exultat Ecclesia Sancta, quòd beneficio sponsi sui Christi meruerit opera,& studio tam potentiũ principum defendi,& custodiri, à talibus Doctoribus erudiri,& clarissimorum horum luminum splẽdore illustrari. Ita planè, vt inter omnium errorum tenebras, & hominum peruersorum flagitia ampliùs halucinari non possit: sed nec tempestates vllas mundi, nec hostium insultus, nec impugna

pugnatorum fraudes, ac denique nec ipsas inferorum portas pertimescere debeat: quæ portæ (vti promisit Dominus) nunquam contra eam sunt prævalituræ. *Matth.16.*

8. Cõsidera, quòd si tam sublimis, & excellens sit Apostolici muneris status, támque eximius fructus ex eo in toto orbe consecutus, quàm magnum, & copiosum suorum laborum præmium à Domino in cœlo obtinuerint. Multa certè præmia Christus D. N. Apostolis suis partim dedit, partim promisit: speciatim quatuor; duo in hac vita, & duo in altera. Primùm eorum quæ in hac vita dedit, fuit Pax conscientiæ, & cordis gaudium: pax, inquam, quæ exuperat omnem sensum, quam Dominus ex hoc mundo ad Patrem migraturus eis reliquit dicens: *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* *Ioann 14.* Similiter de gaudio locutus est idē Dominus, quādo discipulos ob discessum suum mœstos, his verbis solatus est. *Iterũ videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* *Ioan.16.* Hæc pax, & hoc gaudium est illud centuplum, quod Dominus in hac vita largitur iis, qui propter ipsum renunciant sæculo, & omnibus pompis eius, ingrediuntúrq; viam crucis. Quia de re loquebatur, cum dixit ad Apostolos. *Nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, qui non accipiet centies tantum, nunc in tempore hoc, & in sa-* *Mar. 10.*

culo futuro vitam æternam. Et nim pax, & consolatio sequentium Christū tanta est. vt homineminducat in contemptum omnium rerum creatarum, sōgissimēque superet omnem pacem & consolationem, quæ haberi in hac vita possit. Secundum præmium eorum in hac vita, fuêre persecutiones, carceres, flagella, exilia, cruces, & denique mors gloriosa pro Christo tolerata. Hoc est præmium, quod Dominus solet dare iis in hoc mundo, quos pro suis amicis habet, & ardentiùs amat, nam nulla re homines magis conformari, similioréq; reddi Christo possunt, quam si pro Christo ipso patiātur, pro illo exponāt vitā suam qui suā exposuit pro nostra. Hoc est pręmiū illud, quod nomine calicis Dominus promisit in persona Iacob & Ioannis omnibus suis discipulis, quando illis dixit: *Calicem quidem meum bibetis.* Calix hominibus mundanis, & carnalibus amarus, & ingratus, at seruis Christi admodùm suauis, & gratus. Nec secus esse potest, quia calix est Christi, qui est fons omnis suauitatis: & est calix, è quo Christus bibens omnē inde diuinis labris suis amaritudinē ad se attraxit; pro nobis autē omnem suā dulcedinem in illo deposuit, sic vt non solùm homines ætate grandes, sed pueri quoque, & tenellæ virgines magno desiderio ad hunc calicem degustandum currant. Quare nec mirum est, Apostolos (vti scriptum est) iuisse

Matth. 20

gauden

gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. Act. 5.

Similiter Apoſtolus ſcribens ad Philippenſes eos hortabatur, vt non modò gauderent, ſed etiam gloriarentur in ſuis perſecutionibus, dicens: *Quia vobis donatum eſt pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credatis, ſed etiam vt pro illo patiamini.* Phil. 1. Præmium verè magnum, præmium pretioſum, & optabile. Sicut enim Chriſtus Dominus noſter nihil ardentiùs amauit; maioriq; deſiderio quęſiuit, & expectauit, quàm mortem crucis; ita magno, & ſingulari beneficio afficere dicitur quos amat, quando eos ſuæ crucis participes reddit.

9. Deinde vltra præmia iam dicta à Domino in hac vita Apoſtolis data, conſiderata quàm ingens eorum remuneratio, & merces fuerit in altera vita, eáque duplex. Prior à Domino expreſſa eſt, quãdo Petrus percunctatus ab eo eſt, ecquid præmij relinqueretur iis, qui omnia reliquiſſent, ipſúmque ſecuti eſſent. Reſpondit enim his verbis: *Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cùm ſederit filius hominis in ſede Maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Matt. 19. Grandis verè dignitas in ampliſſimo, honoratiſſimóque illo concilio, velut primos Senatores, & Principes ſummi & vniuerſalis Iudicis cœli & terræ in totius mundi conſpectu ſedere. De his locutus eſt Propheta, cùm dixit:

Esa. 5. *Dominus ad iudicandum veniet cum Senibus populi sui, & principibus eius.* Quid autem aliud designant istæ sedes, in quibus Dominus ait illos secum consessuros, nisi ingentem securitatem, præeminentiam, & dignitatem, quam illi præ aliis velut ipsius Iudicis amici, & domestici consecuturi sunt? O fælix paupertas eorum, qui omnia reliquerunt ad sequendum Christum, qui in horribili illo elementorum fragore, in tremendo illo meritorum nostrorum examine, & tam ancipiti iudicio reddet omnino securos, imò in seueriſſimi iudicis præsentia glorioſos, quippe coram quo, non tanquam eius amici, & socij comparebunt. O admirabilis mutatio dexteræ excelsi. Qui, dum adhuc in terra degerent erant fex, & peripsema mundi, pauperes, anguſtiati, afflicti, & contempti instar ouium ad mortem destinatarum, illo die ad tantam euehentur gloriam, vt dicantur iudices mundi. Iudices non hominum solùm, sed, vt dicit Apoſtolus, etiam Angelorum; atque hoc erit præmium solis Apoſtolis super alios omnes à Domino concedendum: nam admodum congruens erat eos qui tam fideles fuerant socij Saluatoris in suis persecutionibus, tentationibus, & laboribus vsque ad crucem, socios quoque eius fieri in exaltatione, & gloria, quando veniet cum Maiestate ad iudicandum, & vindicandum eos omnes, qui ipsum negârint, & persecuti fuerint. Alterum præmium ab

eo

eodem Domino Apoſtolis promiſſum fuit, quando poſt extremam cænam ad mortem iturus dixit: *Vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meã in regno meo.* Luc. 22. O inæſtimabile præmium, tam exigui, & breuis ſeruitij Chriſto ab Apoſtolis præſtiti, fieri vna cum illo ampliſſimi regni cohæredes, aſſidere cum Angelis inſtar filiorum illius menſæ, manum in eandẽ lancem cum filio Dei mittere, & Deum ipſum in cibum ſumere. O beata compenſatio, quia pro pane doloris, & amaro calice lachrymarum, quem Apoſtoli ſumpſerunt in hoc ſæculo cum Chriſto, iam in cœleſti æternóq; cõuiuio lautiſſimo illo pane vitæ exſaturantur, & immenſarum eius delitiarum, & voluptatum torrente inebriantur.

10. Conſidera denique, licet promiſſio hæc, de adeunda poſſeſſione regni ſui, & ſeſſione ad menſam in cœlo à Chriſto Apoſtolis facta, ſit præmium omnibus electis commune, omnes enim ſunt filij Dei, & hæredes eius Regni, ac Chriſti cohæredes; omnes quoque ſunt cœleſtis conuiuij participes, tamen quia, vt loquitur Apoſtolus agens de beatorum gloria, *Stella differt à ſtella in claritate.* 1. Cor. 12. Apoſtoli ſancti ad gradum regni illius fæliciſſimi ſingularem, longéque aliis excelſiorem prouehentur, & corona magis glorioſa

coronabuntur. Nam ſicut in Eccleſia militante, vti eius lapides, primum tenuêre
1.Cor. 12. locum, vt idem teſtatur Apoſtolus: *Poſuit*, inquiens, *Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, &c.* ita etiam in triumphante clariùs, vel vt ſplendidiores ſtellæ relucebant, & menſæ regis cæleſtis accumbent tanquam primi cœleſtis aulæ Principes, & filij eius primogeniti vnicè dilecti. O felicissimi Apoſtoli, iam finis eſt laborum veſtrorum, iá tribulationum veſtrarum hyems tranſiit, & perſecutionum æſtus, iam cœperunt flores apparere: quia iam nunc cum Chriſto regnatis, iam menſæ eius accumbitis, in qua plenè, abundanter famem & ſitim ex-
Matt. 13. pletis. Quod, ſi dum adhuc eſſetis in hoc mundo Dominus oculos veſtros appellauit beatos, quòd eum conſpicerent, quem tot reges, & Prophetæ deſiderârant videre,
Eſa. 64. quantò beatiores nunc eſtis in cœlo, vbi
1.Cor.2. videtis, & auditis, quæ nullus oculus vidit, nec auris audiuit, nec vllus intellectus humanus, vel angelicus comprehendere potuit, ſed ſolus Dominus pro iis qui ex corde Deum diligunt, colúntque. Quare nunc B. Apoſtoli, potiori iure,
Matt. 15. quàm olim poteſtis cum B. Petro exclamare: *Bonum eſt nos hîc eſſe*, quia non iam ampliùs cernitis in terra vultum Magiſtri veſtri mortalem transfiguratum, ſed clarè videtis in cœlo vultum glorioſum eiuſdé Domini iam immortalem. Videtis non in
Pſal. 83. monte Tabor, ſed vt loquitur Propheta,

in

Digitized by Google

in monte ſancto Sion illum magnũ Deum omnium Deorum.

COLLOQVIVM.

QVàm magna eſt, dulciſſime Domine tuæ charitatis, & miſericordiæ abundantia, quòd ſatis non fuerit tibi humano generi dediſſe inexplicabile illud donum, nempe te ipſum in Saluatorem, & Magiſtrum noſtrum, ſed etiam Eccleſię tuę pro gubernatione, & inſtructione proſpicere volueris Sanctos Apoſtolos, vt illi eſſent quaſi lux mundi, & ſol terræ. Optimè cognouiſti benedicte Ieſu, vt ſapientiſſimus, clementiſſimúſque Medicus noſtræ imbecillis naturæ conditionem: nam prouidens peccatores ob ſuam impuritatem nõ auſuros ſe adiungere ad te puriſſimũ fontem, & Deum infinitæ Maieſtatis, procurare voluiſti Paſtores, homines noſtri ſimiles, vt maiori fiducia, & ſecuritate ad eos confugeremus, partim vt ſancta eorum inſtitutione purgaremur, & in viam ſalutis dirigeremur; partim vt eorum interceſſione gratiam apud tuam Maieſtatem inueniremus, ac peccatorum noſtrorum remiſſionem, ſicut eam inuenit mulier Cananæa. Obſecro te igitur per tantam bonitatem tuam, eorúmque gloriosa merita, mihi vt gratiam impertiri velis, veritatis notitiam (quam mihi beneficio glorioſorum iſtorum Apoſtolorum com-

communicare dignatus es) ſemper, & inuiolabiliter in corde retinendi, ore vſque ad mortem intrepidè confitendi, & opere quoque perfectè præſtandi, & explendi: vt extremo illo die, cùm ad iudicandum veneris, illiſque velut iudices mundi tibi aſſederint, non eorum ſententia à tua Maieſtate reijciar, ſed potiùs gratioſè abſoluar, atque vnà cum illis, aliiſque omnibus ſanctis cœleſti præmio dignus pronuncier.

DOCVMENTA.

1. *SCriptum eſt, à Domino primò electos Apoſtolos, deinde verò ſeptuaginta duos diſcipulos quos miſit ad prædicandum, & opem ferendam illi populo. Neque legimus quenquã illorum ante vocationem ſe ad obeundum hoc munus obtuliſſe: imò quendam ſe vltrò offerentem & dicentem,* Sequar te quocunq; ieris, *repudiauit. Vnde diſcimus, neminem, quantũuis idoneum ſe reputet, debere ſe offerre, vel ingerere ad functionem docendi, vel gubernandi alios: ſed debere potiùs expectare, donec ab ijs, qui vices Chriſti gerunt, vocetur, & eligatur: ne, dum falſo pietatis Zelo quærit lucrifacere animas aliorum, perdat ſuam.* Matth. 8.

2. *Dominus vocauit Apoſtolos in medio ſuarum occupationum, alios dum piſcarentur, alios dum negotijs temporalibus vacarent, ea re indicans, ſuum ſeruitium omnibus huius vitæ occupationibus meritò præferendum. Quare magnam*

gnam timendi causam habent, qui dũ sentiunt se à Christo vocari, eum ob cõmodum aliquod, vel respectum humanum sequi negligunt: quò enim maior est hac eorum ingratitudo, hoc maius damnum, durioremq; pœnam, deinde sunt relaturi.

3. *Christus voluit Apostolos tantùm esse numero duodecim, vt insinuaret, quemadmodum hic numerus compositus est ex duobus numeris, denario & binario, sic Apostolos, eorumq; successores, qui sunt Ecclesiæ pastores, & prælati, debere præ omnibus aliis obsequi decem mandatis sanctæ legis, & duobus charitatis, quæ sunt diligere Deum super omnia, & proximum sicut seipsum.*

4. *Dominus idcircò tam paucos discipulos ad opem ferendam toti mundo elegit, vt indicaret, licet reuera deberent esse multi prædicatores, & pastores Ecclesiæ, tamen semper fore paucos veros operarios, multos autem mercenarios: Semper enim pauci sunt, qui quærunt onus, & laborem, plurimi verò qui sectantur otium, & honores aucupantur. Pauci qui quærunt prodesse aliis, & lucrifacere animas: multi contra, qui quærunt aliis dominari, & lucris inhiant temporalibus. Quare rectè dixit Christus discipulis, Dominum rogarent vt mitteret operarios in messem suam, non quòd deessent, aut inopia operariorum idoneorum laboraret, sed quòd deessent boni, & vtiles operarij qui semper sunt pauci.*

5. *Christus vt Apostolos suos extolleret super omnes veteris, & noui testamenti sanctos, voluit*

baculum, vt intelligant serui eius, non seuerè, & imperiosè aduersùs alios agendum esse, sed magna cum benignitate, & mansuetudine tractandos.

7. *Dominus primùm dixit ad Apostolos se non esse electum ab ipsis, ipsos autem electos à se: deinde subiunxit vt irent, & reportarent fructum, fructúmque ipsorum permansurum, quicquid autem peterent Patrem in nomine suo, id consecuturos. Quo significabatur primò, eos quibus incumbit cura iuuandarum animarum, non posse sperare aliquem suorum laborum fructum, nisi à Deo electi, & à Spiritu sancto missi fuerint, per eos qui locum Christi tenent; & quamuis existiment se facere aliquem fructum, is tamen constans, & stabilis esse non potest. Deinde, etiamsi electi essent à Christo, non debent tamen fructum quem colligunt sua attribuere doctrinæ, sed virtuti, & gratiæ Patris cœlestis, à quo, si in precibus eius opem implorent, omnis eorum sufficientia proficiscitur sicut dicit Apostolus.* Omnis sufficientia nostra ex Deo est. *Idque vt conseruentur in humilitate, & non eueniat illis, quod idem Apostolus monet, ne dum alijs prædicant, ipsi à Deo reprobentur.* 2. Cor. 2. 1. Cor. 9.

8. *Dixit Christus ad Apostolos.* Si de mundo essetis, mundus quod suum est diligeret, *sed quia de mundo non estis, ego elegi vos de mundo, propterea vos odit mundus. Ex his Saluatoris nostri verbis quilibet intelligere potest, Deiné, an mundi partes sequatur. Nam si, quia conatur vitam instituere piam, & sanctam,* Ioan. 15.

ſanctam, mundi legibus contrariam afligitur, perſecutiones patitur, contemnitur, omniáq; infœliciſſimè cedunt, ſignum eſt eum exoſum mũdo, an proinde electum à Chriſto, qui veriſſimè dicit, illos non eſſe de mundo, cum ſint potiùs de cœlo ſupra mundum. Contra verò ſi ille, quia conatur amicitiam cum mundo colere, amatur, & honoratur ab omnibus, proſperrimeq; omnia illi cedunt, ſignum eſt illum diligi à mundo, ac proinde nõ parum dubitare debet, nũ ſit: à partib. Chriſti, & ſit in numero à Chriſto electorũ.

Matth. 10. 9. *Conſulebat Dominus Apoſtolis ſuis, vt eſſent in cõuerſatione cum hominibus ſimplices ſicut columbæ, & prudentes ſicut ſerpentes Columba habet hanc proprietatem. Caret felle, & malitia ſi pellitur ſemper redit, ſi pulli ei tollantur gignit alios in eodem etiam nido: Prudentia verò ſerpentis in eo, quod pro defenſione capitis, periculo exponat totum corpus. Talis quoque eſſe debet verus Chriſti ſeruus, & primò imitari ſimplicitatẽ colũbæ, cogitandò bene de omnibus, in bonã partem interpretari quicquid illi dictũ factúmue fuerit, benefacere malè agentibus, nũquam ceſſare à beneficijs in proximos conferẽdis, etiam ſi ingrati ſint, & maledictis ab eis officiatur. Secũdo, vt vbi videt periclitari honorem, & gloriã Chriſti capitis noſtri, vel animæ ſuæ ſalutem, quæ eſt principalis hominis pars, imũ ãdam ſibi ſciat ſerpentis prudentiam, & expenendas non ſolùm facultates, aliaq; bona tẽporalia, verumetiam vitam, ſi opus ſit, propriam, ad tuendum diuinum thronum, & animæ ſalutem.*

DE

DE COMMVNI SANCTORVM MARTYRVM.

DISCVRSVS II.

EVANGELIVM.

VIdete vosmetipsos, nam ante omnia iniicient vobis manus suas, & persequentur tradentes in Synagogas, & custodias, trahentes ad Reges, & præsides, propter nomen meum. Continget autem vobis in testimonium illis. Et quando duxerint vos tradentes, ponite in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis, sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini, ego enim dabo vobis, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Tunc tradent vos in tribulationem. Tra-

Matt. 24. Marc. 13. Luc. 21.

de-

demini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

FIGVRAE.

Gen. 8. 1. *NOe Patriarcha in renouatione mundi post generale diluuium solenne sacrificium obtulit Deo ex omni genere animalium, quæ in terra inueniri potuerunt.*

3. Reg. 8. 2. *In dedicatione templi à Rege Salomone exstructi multa millia ouium, & boum in sacrificium occisa fuêre.*

Ioan. 2. 3. *Ionas in terribili quadam tempestate proiectus in mare à grandi*

pisce

piſce abſorptus eſt, cumq; putaretur ſubmerſus, & mortuus, ſaluus & incolumis in littus eiectus eſt.

PROPHETIÆ.

1. *PRopter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.* Pſal. 43.

2. *Poſuerunt morticinia ſeruorum ſuorum eſcas volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret.* Pſal. 73.

3. *Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum: vnum ex his non conteretur.* Pſal. 33.

4. *Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis. Etſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt: ſpes illorum immortalitate plena eſt: in paucis vexati, in multis bene diſponentur: quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe, tanquam aurum in fornace probauit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos.* Sap. 3.

CONSIDERATIONES.

DAuid Propheta ſanctus prævidens perſecutiones excitandas in futuram Eccleſiam, nobiliſſimámq; ciuitatem variis modis ab hominibus impiis affligendam,

gendam, & vastandam commiseratione tantarum calamitatum motus se conuertit ad Deum, & dixit. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticinia seruorum tuorum escas volatilibus cœli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ, effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.* Quid verò aliud est hæc Dei hæreditas, hoc templum sanctũ, & hæc eius ciuitas, quàm dilecta illa Nauicula quæ in hoc vasto, & spatioso mundi mari cõtinuis ventis, & tempestatibus agitur, & concutitur, nempe Ecclesia Sancta, quæ toto orbe diffusa, partim à variis tyrannis, partim à malignis spiritibus grauissimas continenter perpessa est persecutiones. Hanc Domini hæreditatem magna vi, & immanitate inuaserunt huius mundi Principes vt eam vastarent, & penitus exciderent, multiplicibus tormentis homines iustos, & innocentes excruciando, & vita spoliando. Hoc ipsum, & S. Propheta Helias deplorabat cum lachrymis dicens. *Altaria tua, Domine destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam.* Verùm, ô inaudita impietas, non satis erat impiis, duris & exquisitis supplicijs sanctos è medio tollere, & pretiosum eorum sanguinem effundere, sed inuidia, & malitia excœcati, ne permittebant quidem

Psal. 78.

1. Reg. 19.

VT

vt sacra illa corpora mandarentur sepulturæ, vnde & in publicas vias bestiis deuorandà obiiciebant. De iisdem persecutionibus Prophetarum, & Sanctorum veterũ scripsit Apostolus, laudans fidei eorum constantiam his verbis. *Alij ludibria, & verbera experti, insuper & vincula, & carceres lapidati sunt, secti sunt, in occasione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis & cauernis terræ.* Fœlices sancti, qui, dum mundus affligendo eos facit indignos se, reddit eos dignos cœlo. Idem prædixit quoque Dominus suis Apostolis. *Ecce ego mitto vos, quasi agnos inter lupos.* Mitto vos quasi mansuetos, humiles, & pacificos inter crudeles, superbos & iracundos, qui existimabunt se in vobis occidendis sacrificium præstare Deo Verùm considera, quantò superiores illis fuerint in patiendo martyres nouæ legis: fuerunt enim ad id inuitati, & animati Christi exemplo, qui tanquam Princeps, & dux cum cruce eos præcessit, ad quem sequendum hortatur quoque Apostolus Petrus, dicens *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Quis iam tam abiectus miles sit, qui nullum ictum sustinere velit, dum videt ducem suum, & Imperatorem à capite vsq? ad pedes vulneratum, & sauciatum, & quis cum filiis huius sæculi velit

Hebr. 11.

Ioan. 16.

1. *Pet.* 5.

lit coronari rosis, dum cernit Dominum suum coronatum spinis? Nec solùm martyres fuerunt exemplo Saluatoris animati, sed etiam inter ipsa tormenta consolati, & recreati tandem copiosè remunerati. Promiserat enim se eos refocillaturum in laboribus, planctum eorum conuersurum in gaudium, & abundantem retributurum in cœlo mercedem. Benedictæ afflictiones, quæ causa Christi tolerantur. & benedictæ lachrymæ, quæ eiusdem Christi desiderio sparguntur, & beati oculi, qui merebuntur diuinis eiusdem Creatoris manibus abstergi.

2. Narrat Euangelista Ioannes in Apocalypsi sua, se in visione sua vidisse equum candidum, & sedentem in eo habuisse arcum, datámque ei coronam. Et mox subiungit, *Et exiuit vincens, vt vinceret*. Quid verò aliud significabat hic equus totus pulcher, & candidus, nisi exercitum sanctorum Martyrum, in quo sedet Christus Saluator noster cuius opera pugnat, sicut scriptum est. *Qui ascendit super equos tuos, & quadriga tua saluatio, suscitans suscitabis arcum tuum* Nihil enim aliud designat hic arcus Domini, nisi prædicationem, & prudens Sanctorum suorum responsum, quæ velut sagittæ cor tyrannorum penetrabant, & vitiorum, malignorúmque spirituum exercitum fugabant. Nam corona diuini huius equitis capiti imposita significabat victoriam, quam per validos suos

Apoc. 6.

Abacuc. 1.

milites, & pugnatores de mundo & dæmone obtinuit: in quolibet enim martyre ipſe certabat; in quolibet vincebat, & in quolibet coronabatur. Quare bene dicit ſcriptura eum exiuiſſe vincentem vt vinceret: idémque confirmauit Propheta, quando in perſona ſanctorum Martyrum dixit. *In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.* Poſt hæc vidit Ioannes exeuntem alium equum rufum, ſedentiq́ue in eo data fuit poteſtas tollendi pacem de terra, vt homines ſe inuicem interficerent, & ideo in manus traditus eſt ei gladius magnus. Quid verò aliud præfigurabat hic ſanguineus equus, quàm tyrannorum aliorúmque dæmonis miniſtrorum exercitum, cui inſidens ipſe dæmõ tam immaniter, támq; multiplicibus ſuppliciis deſæuit in ſanctorum Martyrum corpora atque vitam? Hi ſunt equi illi, & quadrigæ illæ Pharaonis, perſequẽtes populum Dei, quæ omnes ſunt in mari rubro ſubmerſæ. Hic eſt impius ille, & crudelis eques, qui pacem ſuſtulit è terra, qui velut diſcordię author, & hoſtis pacis, nunquam deſtitit omni genere tentationum, perſecutionum, & inſidiarum turbare genus humanum. Huic traditus eſt iſte gladius magnus: hic enim accendit odia; commouet ſeditiones, inflammat ad bella animos, efficítque vt homines in mutuas cædes ruant. Denique huius conſilio, & ſuggeſtione tyranni tantum mar- *Pſal. 59.*

tyrum ſanguinem effudêre, tantamque immanitatem in Chriſti cõfeſſores exercuêre. Legimus in dedicatione templi Dei
3. Reg. 2. à Salomone occiſa centum viginti millia ouium, & viginti duo millia boum. Quid verò aliud tanta ſanguinis profuſio in dedicatione templi denotauit, niſi ſanguine totidẽ milliũ Sanctorũ, qui Chriſti ducis ſui exemplo, pro nomine eius ſancto vitã ſuam profunderunt, ſuóque ſanguine ſanctam eius dedicârunt Eccleſiam? ſimiliter ſolemni illo holocauſto ex omnibus animalibus mundis terræ totius à Patriarcha
Gene. 7. Noë facto, non aliud deſignabatur, quàm horum ſanctorum Martyrum paſſio, & ſacrificium, qui ex omni ætate, conditione & gente pro Chriſti nomine toto orbe fuerunt trucidati, & quaſi animalia munda, & innoxia Domino in holocauſtum oblati. Quamobrem eodem loco rectè dicit ſcriptura, quod *odoratus ſit Dominus odorem ſuauitatis*, in quam ſententiam, & de martyribus ſcriptum eſt: *Pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius*: neque enim
Pſal. 117. Deus tantoperè delectatus eſt fumo, & ſanguine animalium, quantùm ſanctorũ martyrum paſſione, vtpote ſacrificio longè in d uinæ Maieſtatis conſpectu gratiore. Denique in hos inuictos Chriſti milites oprimè conueniunt verba ſponſi ſuã
Cant. 4. ſponſam laudantis, *Dentes tui*, inquit, *ſicut greges tonſarum, quæ aſcendunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non*

Digitized by Google

non eſt inter eas. Fuerunt ſancti Martyres dentes, quia vt fidi ſanctæ fidei, & Eccleſiæ Chriſti defenſores, cùm opus eſſet tyrannis demonſtrabant dentes; reſiſtendo illorum impietati, ſapientiſſimíſque reſponſis eos mordendo. Erant quoq; quaſi oues tõſæ, & lotæ: quia ſpoliati ſunt lana, & abluti, quando amiſſa vita ſunt exuti corporibus, & proprij ſanguinis lauacro mũdati, conſcenderunt ad vberrima paſcua gloriæ, fœcundarum ouium inſtar cum gemino fructu, quia ad ſanctitatem vitæ adiunxerunt tolerantiam martyrij. Neque vllus inter eos ſterilis fuit, quià non modò ſibi profuerunt recepto pro ſe ſingulari præmio, & corona in cœlo, verùm etiam aliis ſuo illuſtri exemplo plurimùm conuerſionem & ſalutem illorum promouendo.

3. Conſidera inter omnia opera Chriſtiana nullum eſſe præſtantius, nec maiore laude dignum, nec in Eccleſia Dei celebrius tolerantia martyrij. Ratio eſt, quia charitas, in qua iſtud opus fundatur, & è qua procedit, omnibus præſtat virtutibus, atque inter charitatis opera hoc martyrij præſtat reliquis: ſicut bene dixit ipſe Dominus: *Maiorem charitatem nemo habet, quã vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis:* quod verè adimplêrunt Martyres. Magnum quoque eſt hoc opus, tum ratione mali, quod in illo toleratur omnium acerbiſſimum, nempe mors, tum ratio- *Ioan. 15.*

ne boni, quod homo perdit omnium gratissimum, videlicet vita. Verùm sicut homo constat anima & corpore: ita duo reperiuntur martyrij genera. Vnum manifestum, & externum, quod consistit in passione corporis, & morte pro Christo tolerata. Alterum est internum, quod cõsistit in occulta quadam virtute animi eorum, qui robore spiritus conantur mortificare opera carnis, qui quidem dum inuisibiles persecutiones, & malignorum spirituum insidias patienter tolerant, & carnalibus cupiditatibus fortiter obluctantur, de se Deo omnipotenti gratissimum offerũt sacrificium, facti hoc modo, tempore licet pacis, veri martyres Christi. Nam non solùm martyrij loco reputatur profundere sanguinem in Christi confessione, sed etiam mentis deuotæ seruitus, & cor mortificatum, est continuum quoddam martyrium. Iam quòd ad primi generis martyres attinet, qui propriè vocantur Martyres, quibúsq; singulatim tribuitur in cœlo aureola martyrij, hi fuerunt prudẽtes illi negotiatores, qui inuenta in agro pretiosa margarita, omnia sua vsq; ad sanguinẽ, & vitam propriã exposuerant, vt eam comparare possent. Audierãt nimirũ, hi glorioſi sancti; quod Dominus dixit. *Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet: nõ potest meus esse discipul⁹.* Quare neq; dubitârunt magno animo opibus, honoribus, & voluptatibus, vsq; ad proprium

Luc. 14.

priũ corpus,&vitã temporalem renunciare,vt omnibus rebus creatis exuti possent sequi Christum,eiúsq; discipuli esse. Non reformidabant tyrannorũ minas, nõ carceribus,gladiis,flagellis,equuleis,candentib⁹ laminis,morte ipsa terrebãtur: sed ob oculos posito vno Imperatore suo Christo nudo,cruci affixo, plus ad patiendum animabãtur,& accendebantur, majorémque cruciatum ipsi sentiebant ex Christi passione,quàm ex suppliciis sibi nomine Christi illatis. Viuebant in carne: sed corde cum Christo pendebant in cruce. Vnde benè poterant cum Apostolo dicere. *Christo confixus sum cruci. Viuo ego,iam nõ ego,viuit verò in me Christus.* Gal. 2. O beatam martyrũ mentẽ,quæ neque tribulationibus, neque angustiis,neque verberibus,neque laboribus,neque vllis rebus præsentibus aut futuris potuit separari à charitate Christi. Fœlix mors & verè pretiosa in conspectu Domini, quæ finem dedit misero huius mundi exilio,& aditum ad æternã fœlicitatem aperuit,stolã immortalitatis dedit, angelis æquales reddidit, & cum Christo coniunxit. O quanta est dignitas, quanta securitas,egredi ex hoc ærumnoso sæculo lætum & hilarẽ,inter mortis angores exire glorioſum,breui momento concludere oculos quibus videntur homines,&aperire illos ad videndum in æternũ Deum,extemplò tolli è terra, vt in cœlo inter angelorũ choros colloceris. O beata Eccle-

fia quæ in hunc modum fuisti glorioso sanguine tot martyrum illustrata. Ecce iã non desunt tibi, nec lilia, nec rosæ ad coronandum tuos filios. Currant igitur omnes, qui ad veros & æternos honores anhelant, ad recipiendum illas amplissimas coronas, vel candidas in bonorum suorũ operum præmium, aut rubicundas in retributionem martyrij.

4. Quod attinet deinde ad glorioſum martyris nomen, & quibus de cauſis hæc victrix palma & corona acquiratur, primò ſciendum eſt, nomine Martyris non aliud ſignificari quàm teſtimonium: quia Martyres verè vſque ad mortem ſunt teſtimonia. Primò enim dederunt teſtimonium fidei Chriſtianæ, quæ erat veriſſima & certiſſima, & quòd Chriſtus Dominus noſter erat verus, & naturalis Dei filius, ac Creator vniuerſi, qui per infinitam ſuam charitatem, factus homo, venit in mundũ, ad redimendum ſua morte genus humanum. Præterea, exemplo ſuo apertè declârarunt huius temporis paſſiones nõ eſſe condignas ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Denique demõſtrârunt quatuor principales virtutes: ac primò quidem ſummam in Chriſtum charitatem, cuius amore vitam profuderunt: Secundò inuictum animi robur, quo omnem metum repellebant: Tertiò ſolidam fidem, eos in ſancto propoſito confirmantem. Vltimò patientiam inſuperabilem

rabilem in tolerandis omnibus tormentis, quæ ab infernali hoſte per miniſtros eius Tyrannos potuerunt excogitari ad affligendum corpus humanum. Iam vt aliquis per ſupplicia & mortem perueniat ad martyrij gloriam, neceſſarium eſt, vt dicta pœna ſecuta ſit aliquo ſequentium modorum. Primò enim illi ſunt veri martyres, qui patiuntur, moriunturque pro fide, & vera confeſſione Chriſti. Nam vt loquitur Apoſtolus, *Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeſſio ad ſalutem.* Atque ita quilibet Chriſtianus ſemper debet eſſe paratus ad cõfitendum etiam ore illam fidem, quam tenet corde, etiãſi perdenda eſſet vita. Secundò veri Martyres ſunt, qui patiuntur pro Chriſto, ſicut ſancti Innocentes pro eo ſunt occiſi ab Herode, qui exiſtimabat ſe vnà cum illis etiam occiſurum Chriſtum. Vnde meritò, quia eius loco mortui ſunt, hac glorioſa corona coronati ſunt. Tertiò veri martyres ſunt, qui pro charitate, quam debent proximo, eiúſque ſalute patiuntur, & etiam diſcrimini vitæ ſe exponunt, ſicuti exemplum Chriſti, de quo ſcriptum eſt. *Portauit peccata noſtra in corpore ſuo ſuper lignum, vt nos mortui peccatis, viueremus iuſtitiæ.* Quartò martyres ſunt, qui potiùs eligunt mori, quàm præuaricari aliquod præceptum legis, vti fecerunt ſancti illi Machabæi, qui ne diuinam legem tranſgrederentur, ab impio

Rom. 10.

1. *Pet.* 2.

Antiocho inaudita quadam crudelitate sunt mactati. Quinto martyres sunt, qui patiũtur ex eo quòd immunitates, & priuilegia Ecclesię defendant, vti fecit inuictus ille martyr S. Thomas Cantuariensis de quo legimus, cùm post mortem eius Clerus iusta ei persolueret. vt solet fieri pro defunctis, angelos auditos inchoantes Antiphonam, *In virtute tua Domine lætabitur iustus:* quæ solet cantari in Missis Martyrum. Sextò martyres sunt, qui patiuntur propter suam bonitatem vel iustitiã, quomodo passus est iustus Abel à fratre occisus, de quibus dixit Dominus. *Beati*
Matth. 5. *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.* Septimò & postremò martyres sunt, qui patiuntur propter defensionem veritatis, vt cùm diuini honoris zelo, salutisque alienæ procurandæ causa impulsi alium corrigunt, vel reprehendunt, qua de causa S. Ioannes Baptista Domini præcursor mortem sustinuit. Similiter sancti Prophetæ Isaias, & Ieremias, ille ab impio rege Manasse, hic à populo Iudaico. Zacharias
2. Par. 14. quoque Sacerdos eadem de causa ab eo-
Matth. 23 dem populo fuit inter templum, & altare crudeliter lapidatus & occisus.

5. Adhæc quoad cruciatus, & pœnas quæ sustinentur in martyrio, tria alia inueniuntur Martyrij genera. Quidam enim patiuntur & excruciantur animò tãtùm, & non corpore: quomodo passa est

beatis-

Tarquinii regis Romæ Roma Quiri-
nalis, Valerii Publicolæ Velia, Hostilii
Cœlius mons, Tullii Aventinus, Antonini
Palatium, Severi Septizonium, Alexandri
Thermæ, Decii Suburra, Fabii Carinæ, Scipionis
Capitolium, Catonis Tarpeius mons, Cæsaris
Forum, Augusti Comitium, Agrippæ Pantheum,
Neronis Macellum, Vespasiani templum Pacis,
Titi templum Veneris & Romæ, Domitiani
templum Gentis Flaviæ, Nervæ Forum, Trajani
Forum & Basilica, Hadriani templum Urbis,
Antonini templum Matris Deum, Commodi
Amphitheatrum, Pertinacis Hippodromus, Juliani
Naumachia, Gallieni Porticus, Aureliani templum
Solis, Probi Horti, Diocletiani Thermæ, Constantini
Arcus, Gratiani Horrea, Honorii Portus.

Ad Romam quoque pertinent Romani Imperii
Provinciæ, quæ ab Augusto ad Hadrianum
numero quatuordecim, ab Hadriano ad Diocletianum
quadraginta octo, a Diocletiano ad Arcadium
& Honorium centum & duæ fuerunt.

Ad Romam pertinent Romani Imperii Provinciæ, quæ ab Augusto ad Hadrianum numero quatuordecim, ab Hadriano ad Diocletianum quadraginta octo, a Diocletiano ad Arcadium & Honorium centum & duæ fuerunt.

p dibus ambulare super ardẽtes carbones, dicebat, sibi videri se calcare rosas. Similiter quanta consolatione,& refrigerio affectum putamus fuisse beatissimum protomartyrem Stephanũ,quando inter lapidationem vidit cœlũ apertum, & Iesum,pro quo patiebatur, stantem à dextris virtutis Dei,& iam ad ipsum coronandum paratũ? Tertia ratio sustinendi martyrij est, quãdo acerbitas doloris nõ corpus solùm, sed animum etiam peruadit. Sicut contigit Christo Saluatori nostro: à cuius anima sancta omnis omninò consolatio,& voluptas fuit subtracta. Licèt enim grauissima essent supplicia,& dolores,quos in corpore suo ob temperatissimam, tenerrimámque complexionem perpessus est, tamen dolor, quo excruciabatur beatus eius spiritus, tanto fuit in infinitum grauior, & acerbior, quanto certius cognoscebat se satisfacere pro peccatis totius mundi, & tamen non solùm Iudæis, sed etiam multis Christianorum millibus parum reipsa profuturum, simúlque cernebat infinitam offensam peccatis nostris apud dilectissimum Patrem contractam sibi expiandam. Itaque tam intolerabiles, siue exteriùs, siue interiùs, fuêre eius cruciatus, vt meritò per Prophetam dixerit. *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite,& videte, si est dolor similis sicut dolor meus.* Vbi clarissimè videmus quantoperè nos amârit Dominus, quòd pœnas illas, quas

Thren. 1.

cau-

cauſa noſtra perpeſſus eſt, voluerit eſſe omnis conſortationis, & refrigerij expertes: quas verò nos patimur, voluit miſtas, & temperatas eſſe multis conſolationibus.

6. Conſidera quanta ſit dignitas, & præſtantia huius generoſi operis, ac primò quidem ratione ipſius officij. Hi enim ſpeciatim appellantur milites Chriſti, validíque illi pugnatores, quorum opera Dominus expugnauit inimicos ſuos, mundum, carnem, & dæmonem, vitia extirpauit, & impium idolorum cultum funditus euertit. Secundò ratione perfectionis huius ſtatus: martyrium enim eſt actus ſummæ perfectionis, ex nobiliſſima, perfectiſſimáque virtute, nempe charitate, vt ſupra diximus, profectus. Tertiò ratione magnitudinis doni, quod Martyres offerunt Chriſto. Nemo enim plus dare poteſt, quàm is qui dat ſeipſum, qua in re martyrium longè excedit omnia alia ſacrificia, & oblationes: In aliis enim oblationibus offeruntur tantùm res quædam externæ, vel pars tantùm hominis interioris, at in martyrio omnia tam externa, quàm interna offeruntur. Quartò, ratione difficultatis victoriæ, magna enim virtus in animo requiritur, vt corporis cruciatus, mortémque contemnat, cùm etiam ipſe Chriſtus impendente ſua paſſione, vt ſcriptum eſt, ſigna timoris, & mœroris dederit. Similiter martyrij

Cum Gratia & Privilegio Regiæ Majestatis.

Octauò, quia perfectè Christum imitantur conuenienter illi dicto. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me,* quæ tria Martyr morte tolerata pro Christo perfectè adimplet & præstat. *Luc. 9.*

Nonò ratione consolationum maximarum, quibus Deus solet eos recreare, qui amore ipsius aliquid patiuntur, sicut dixit Apostolus. *Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra.* *2. Cor. 1.* Tanta verò est cõsolatio, quam martyr sentit in corde, dum animaduertit se per martyrium reddi cõformem Christo, & proximũ esse gloriæ: vt etiam inter media tormenta hęc sua interna consolatio in corpus ipsum, partémque sentientem redundet. Decimò, & vltimò, ratione venerationis, cultúsque, quo Ecclesia illorum glorioſum natalem celebrat, ac meritò, quia hi sancti multis beneficiis cumulârunt, & continenter cumulant Ecclesiam sanctam. Nam primò eam confirmârunt testimonio proprij sanguinis. Secundò nostrã tepiditatem excitant, & deuotionem accendunt. Tertiò populum fidelem, non solùm salutaribus consiliis, sed multò magis viuis, efficacibúsque inuictæ suæ virtutis exemplis iuuant. Denique sunt nostri fidelissimi aduocati, & protectores: nam securi de salute sua, solliciti adhuc de nostra, orationibus suis, & meritis apud Dominum in omnibus necessitatibus nobis succurrunt.

7. Iam

7. Iam verò quod ad præmium attinet à Domino in cælo præparatum pro ſuis inuictis militibus, proque glorioſis bellatoribus, profectò nullo ingenio poterit vnquam dignè comprehendi, nullaque oratione exprimi, quanta eius ſit magnitudo & excellentia. Tanta enim eorum remuneratio eſt, vt omnem modum excedat, tam copioſa, vt numerari nequeat, tam plena & abundans, vt finem non habeat, tam pretioſa, vt omnem æſtimationem, & valorem excedat. Et quamuis multa videntur paſſi ſancti in terra, nihil tamẽ fuit comparatione beatitudinis, quam ſunt conſecuti. Nam vt loquitur Apoſtolus. *Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Rom. 8. Hîc conſidera, quando hæ ſanctæ animæ victrices exeunt è campo ſui cruenti conflictus, quanto triumpho, & gloria conſcendant cœlum, quantóque gaudio, & exultatione à ſupernæ Hieruſalem ciuibus deducantur, & recipiantur: maiore proculdubio, quàm Dauid adoleſcens, quando reuertenti victori cum capite illius ſuperbi Philiſtæi ab eo occiſi, obuiam procedebant cum variis hymnis, & canticis filiæ Hieruſalem dicentes: *Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* 1. Reg. 8. Nam potuêre quidem Tyranni affligere, atq; etiam vita ſpoliare corpora Martyrum, ſed nihil potuêre ampliùs contra illos: at horum glorioſorũ Sãctorum victoria fuit multo maior, quia non

non ſolùm vicerunt tyrãnos perſecutores, verùm etiam in ipſis vicêre dęmonem, qui inuidiâ ſua malitiáq; illos inſtigabat: vicerunt ſimiliter, & mundum, atque etiam mortem ipſam. Quapropter congruenter S. Iül in Tyrannorũ perſona ſolus percuſſit mille, ſed Dauid in perſona SS. Martyrum percuſſit decem millia. Non fuit ſatis clementiſſimo, gratiſſimóq; Domino noſtro addere animũ ſeruis ſuis, qui propter ipſum in hac vita laborant, & affliguntur, promittendo illis auxilium, dicendóq; ne ſint ſolliciti: ſe verbis eorum tantam efficaciam adiuncturum, tantámq; præbiturum ſapientiam, cui reſiſtere nec repugnare valeãt omnes eorum aduerſarij: ſed voluit præterea ſpe præmij eos confortare, quando eis dixit, ne dubitarent, nec enim vel capillum de capite eorum periturum, ac licèt corpora eorum impiis carnificum manibus laniarentur, & ferarum dentibus diſcerperentur, ac flammis etiam arderent & conſumerentur, ſe tamen etiam minimi capilli curam habiturum. Iam ſi Deus tãti facit vnum capillum martyrum, quanti faciet eorum animas, quantum honorabit & ſolabitur? Sic enim fatetur ipſe Dominus in Apocalypſi: *Qui vicerit dabo ei ſedere in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno eius.* Apoc. 7. O quæ dignitas, quæ gloria ſingularis animæ eſt, poſſe aſſidere ſupremo Regi in throno regio dum ante eum in pedibus conſiſtunt, velut

Cap. 1. Cicuta, Conium, Coniolum, Cicutaria.

Cicuta is a plant of two kinds, the one is called Cicuta, the other Cicutaria.

omnibus beatis, qui omnes, vt cœlestis regis filij, & regni eius hæredes meritò ipsi quoque vocantur Reges, & hac regia corona ornati sunt, teste Euangelista Ioáne. *Feciſti*, inquit, *nos Deo noſtro regnum, & Sacerdotes, & regnabimus ſuper terram.* Apoc. 5. Altera corona sanctorũ Martyrum est, quæ à Doctoribus dicitur Aureola, quę pręmij loco datur ijs, qui heroico aliquo opere excellentem quandam victoriam ex hoste retulerunt. Sunt autem eiusmodi aureolæ omnino numero tres; conuenienter triplici militię spiritali in qua se Christianus exercet, nã alij cum mundo, alij cùm carne, alij cum dæmone bellum gerunt. Ex his verò martyres periculiariter, & excellenter expugnant mundum, repudiando omnẽ eius gloriam, & voluptates, patienterque tolerando omnes persecutiones vsq; ad mortẽ. Virgines verò speciatim domant, & mortificant carnẽ. abstinendo ob omnibus delitiis carnis, aliisque multis actionib. etiã licitis. Doctores denique Ecclesię particulatim vincunt dæmonem, dum verbo Dei eum è cordibus mentibusque hominum exterminant. Hæ ergo Aureolæ non aliud sunt, quàm quędam sanctarum animarum accidentalis gloria certúmq; corporis glorioſi ornamentum, quo quasi symbolo ab Angelis, aliisque beatis dignoscuntur, & honorantur quasi digni illa prærogatiua ob heroicum facinus perpetratum. Inter has autem coronas, & aureolas omnium hono-

honoratiſſima glorioſiſſimaq; eſt illa ſanctorum martyrum. tum ratione actus quo acquiritur, qui difficilior illuſtrioríque eſt cæteris: tum quia in aureola martyrij continentur aliæ duæ. Nã martyr non ſolùm refert victoriam ex mundo, contemptis honoribus, opibus, & voluptatibus; ſed etiã ex carne, exponendo corpus acerrimis cruciatibus atque doloribus vſque ad mortẽ: deinde debellat quoque dæmonem, dum inuicta ſua conſtantia illum pudefacit, & inanes reddit omnes eius conatus, & machinationes, quibus opera tyrannorũ ſanctam fidem conuellere, & nomẽ Chriſtianum extinguere molitur. O quàm pulchrũ quámq; iucundum erit ſpectaculum, oculis in cœlo cernere candidatũ illum Martyrum exercitum, coronis aureis in capite gemmis pretioſis intermicantibus, ſplẽdidíſque, & candidis veſtimentis, admantib. margaritis, & pyropis nobiliſſimis vndíq; diſtinctis fulgentem. Vbi adamãtes denotabunt inſuperabilem eorum fortitudinẽ; margaritæ lachrymas, & ſudores: pyropi vulnera, ſanguinémq; amore Chriſti profuſum. Venite nunc filię Hieruſalem, ciues ſupernæ patriæ, & videte hos glorioſos martyres cum coronis, quibus à Domino in die fœlicis ſui Natalis ſunt cum ſumma cordis lætitia coronati. Hi ſunt nobiles illi triumphatores, qui ſpretis impijs terrenorum Principum edictis, miníſque, meruerunt ad præmia æterna peruenire. Hi

ſunt

sunt qui viuentes in carne proprio sanguine suo Ecclesiam fundârunt, & calicẽ Domini biberunt, facti perfecti eius imitatores, & amici. Hi denique sunt qui ab Euãgelista Ioanne visi sunt stantes ante thronum Dei coram agno in stolis albis, & palmæ in manibus eorum; cúmque peteretur quinam essent, responsum est, eos ex magna tribulatione veniisse, lauisseque stolas suas, & dealbauisse in sanguine agni, & ideò dignos factos, vt starent ante thronũ Dei, illique seruiant nocte ac die, in templo cœlesti, ipseque Deus in throno sedẽs semper habitet cum eis Quare nulla ampliùs vel fame, vel siti vexabuntur, nec vllo frigore vel æstu ampliùs affligentur, quia agnus stans in medio throni, deducet eos ad fontem vitæ, & Dominus absterget lachrymas ab oculis eorum. *Apoc. 7.*

9. Denique præter hoc primum martyrij genus, quod cõsistit in perferendis corporis pœnis, est aliud quoddam, vt supra dictum est, interioris martyrij, quod consistit in abnegatione sui ipsius, & propriæ carnis mortificatione, de quibus dixit Apostolus. *Qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Atq; hoc speciatim inuenitur in statu Religioso, quem si conferamus cum martyrio, inueniemus quidẽ in aliquibus rebus illo inferiorẽ, tamen in multis esse etiam superiorem vel certè æqualem. Et primò quidem hoc inferior est martyrio, quòd in eo non sunt tam magni *Gal. 5.*

&

honoratiſſima glorioſiſſimaq; eſt illa ſanctorum martyrum. tum ratione actus quo acquiritur, qui difficilior illuſtrioríque eſt cæteris: tum quia in aureola martyrij continentur aliæ duæ. Nã martyr non ſolùm refert victoriam ex mundo, contemptis honoribus, opibus, & voluptatibus; ſed etiã ex carne, exponendo corpus acerrimis cruciatibus atque doloribus vſque ad mortẽ: deinde debellat quoque dæmonem, dum inuicta ſua conſtantia illum pudefacit, & inanes reddit omnes eius conatus, & machinationes, quibus opera tyrannorũ ſanctam fidem conuellere, & nomẽ Chriſtianum extinguere molitur. O quàm pulchrũ quámq; iucundum erit ſpectaculum, oculis in cœlo cernere candidatũ illum Martyrum exercitum, coronis aureis in capite gemmis pretioſis intermicantibus, ſplẽdidíſque, & candidis veſtimentis, admantib. margaritis, & pyropis nobiliſſimis vndíq; diſtinctis fulgentem. Vbi adamãtes denotabunt inſuperabilem eorum fortitudinẽ; margaritæ lachrymas, & ſudores: pyropi vulnera, ſanguinémq; amore Chriſti profuſum. Venite nunc filię Hieruſalem, ciues ſupernæ patriæ, & videte hos glorioſos martyres cum coronis, quibus à Domino in die fœlicis ſui Natalis ſunt cum ſumma cordis lætitia coronati. Hi ſunt nobiles illi triumphatores, qui ſpretis impijs terrenorum Principum edictis, miníſque, meruerunt ad præmia æterna peruenire. Hi

ſunt

sunt qui viuentes in carne proprio sanguine suo Ecclesiam fundârunt, & calicẽ Domini biberunt, facti perfecti eius imitatores, & amici. Hi denique sunt qui ab Euãgelista Ioanne visi sunt stantes ante thronum Dei coram agno in stolis albis, & palmæ in manibus eorum; cúmque peteretur quinam essent, responsum est, eos ex magna tribulatione venisse, lauisseque stolas suas, & dealbauisse in sanguine agni, & ideò dignos factos, vt starent ante thronũ Dei, illique seruiant nocte ac die, in templo cœlesti, ipseque Deus in throno sedẽs semper habitet cum eis Quare nulla amplius vel fame, vel siti vexabuntur, nec vllo frigore vel æstu amplius affligentur, quia agnus stans in medio throni, deducet eos ad fontem vitæ, & Dominus absterget lachrymas ab oculis eorum. *Apoc. 7.*

9. Denique præter hoc primum martyrij genus, quod cõsistit in perferendis corporis pœnis, est aliud quoddam, vt supra dictum est, interioris martyrij, quod consistit in abnegatione sui ipsius, & propriæ carnis mortificatione, de quibus dixit Apostolus. *Qui carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs.* Atq; hoc speciatim inuenitur in statu Religioso, quem si conferamus cum martyrio, inueniemus quidẽ in aliquibus rebus illo inferiorẽ, tamen in multis esse etiam superiorem vel certè æqualem. Et primò quidem hoc inferior est martyrio, quòd in eo non sunt tam magni *Gal. 5.*

&

& acerbi cruciatus ac in martyrio. Contrà verò ſuperior eſt, quòd licèt eius dolores non ſint acerbiores, ſint tamen diuturniores, & magis continentes, vt benè dixerit quidam Sanctus Doctor: *Viuentes in pœnitentia poſſunt martyribus comparari; grauior eſt enim longa fuga, quàm velox mors.* Adhæc illa vna præcipua eſt martyrij gloria, quòd vitam exponat pro Chriſto, quod ſummũ eſt omnium quæ ab homine dari poſſunt. Religio verò licèt hanc gloriam non habeat, tamen prolongatione vitæ, quæ magnam occaſionem præbet multorum operũ bonorum exercitio, hanc gloriam apud Dominum in cœlo non æquare ſolùm, ſed etiam ſuperare poteſt: atque ita habita ratione noſtri ſpiritualis profectus, cui⁹ cauſa in mundum venimus, non dubium eſt, quin multi anni ſanctè in religione impẽſi maiorẽ meritorũ, præmiorúmq; cumulũ efficiãt, quàm ſolus actus martirij, qui vno momento ſæpe abſoluitur. Accedit quòd aſſiduũ illud ſtudiũ contentióque religioſorum in vitijs oppugnandis, virtutibúſq; acquirendis, quaſi continuũ ſit Martyriũ. Etenim, ſicut quando tyranni conabantur tormentis Confeſſoribus eripere Chriſtũ, & fidẽ, qui vſq; ad mortẽ eis reſiſtebant, vocabantur Martyres; ſic quando maligni ſpiritus per ſe, vel alios varijs tentationib. & fraudib. conãtur Chriſtũ eripere ex ſeruorũ eius cordibus, adimendo illis pudicitiã, temperantiam, & humilitatem, aliaſq;

vir-

virtutes, qui fortiter illos oppugnant, & cũ labore obluctantur, meritò quoque appellari possunt Martyres, imò eo magis, quòd hi dæmonem ipsum, illi verò tãtum homines infestos habeant. Præterea instituto religioso partitulatim hæc competit gloria. Primò ratione voluntariæ paupertatis, vt enim asserit deuotus Bernardus, non alia de causa Dominus eandem mercedem promisit pauperibus, & Martyribus (vtrorúmque enim dicit esse regnum cœlorum) quàm quia paupertas voluntaria est quoddam martyrium. Nam quid admirabilius esse potest, quod martyrium grauius, quàm in tanta ferculorum copia pati famem, inter tot támque pretiosa vestimenta algere, inter tantas opes, quas mundus offert, hostis promittit, & appetitus humanus desiderat, semper esse mendicum? Annon ergo meritò coronabitur, qui in hunc modum pugnat, contemptis mundi promissis, illuso, & triumphato inimico, ac crucifixa propria cõscientia à qua stimulatur? Deinde non paupertas tãtùm, sed continuus quoque ille conflictus castitatis, illa corporis per pœnitentias maceratio, abstinentiæ, cilicia, disciplinæ, aliæq; mortificationes religiosæ sunt quoque genus martyrij. Abnegatio verò proprij iudicij, & voluntatis, non aliud est, quàm quotidianum martyrium; si horrorem quidem spectes, paulo illo mitius, & lenius, sed diuturnitate, longinquitatéque tem- *Matth. 5.*

temporis moleſtius. Verùm quia ad rationem veri martyrij videtur requiri mors, vt illa non ſecuta nemo martyr appelletur: Vide quemadmodum nec hac perfectione careat religioſum martyrium. Et primò quidem, ſicut morte corporali homini ſubtrahuntur opes, parentes, amici, omnéſque res huius mundi: ita ingreſſu religionis homini eadem hæc adimuntur, haud ſecus quàm ſi mortuus eſſet: immò morte corporali multò faciliùs homines his commodis, quibus in altera vita opus non habent, ſe ſpoliari ſinunt, quàm religioſi, quia continenter illis manent oculis obiecta, & frui illis poſſent, ſi modò vellent. Itaque quo animus nobilior eſt corpore, hoc cruciatus iſte altero grauior eſt, & moleſtior. Denique in martyrio homo moritur corpori, at in religione moritur ſibi ipſi. Vnde parum refert animam viuere in corpore, ſi non ampliùs ſibi viuat, ſed Chriſto. Atque hinc meritò efficitur, non vnum in religione eſſe martyriũ, ſed multa, cùm in ea ſit perpetuum quoddam bellum, continuúmque certamen cum callido ſerpente, inimico noſtro, qui id vnum laborat, vt nos, ſublato Chriſto, miſerè depaſcatur. O ſingulare ſtatus religioſi priuilegium, quòd præter alias multas excellẽtias, & merita, omnes qui in eo viuũt, licèt illis gladio perſecutoris propter Chriſtum non adimatur vita, non tamen deſtituti ſint martyrij meritò, & gloria. O

ſacer-

ſacer religioſæ ſeruitutis ſtatus, qui homines non ſolùm facit martyribus æquales, ſed etiam Angelis, Deo charos, dæmonibus terribiles, & omnibus fidelibus commendabiles. O ſeruitus digna, quæ ab omnibus amplexetur, & deſideretur, cuius beneficio meremur ſummũ bonum, ſempiterno perfruimur gaudio, & fœliciſſimã perfectiſſimámque cum Deo aſſequimur coniunctionem.

COLLOQVIVM.

O Dulciſſime Ieſu, ô verum exemplar, caput, & Princeps omnium Martyrum, qui non ſolùm verbis nos cohortari dignatis es ad abnegandum noſtipſos, crucem deportandam, & te inſequendum, ſed voluiſti quoque admirando exemplo tuo, prælata cruce nos animare. & ad eandem perferendam confortare; oro te per illam immenſam charitatem, quæ te ad hoc totum optandum, faciendúmque pro noſtro ſolo commodo, maiorique ſalute permouit: vt quandoquidẽ non merui reipſa aliquid pati, vel ſanguinem profundere pro nomine tuo, vt minimũ mihi eam largiaris gratiam, vt ſaltem in animo accenſum quoddam ſentiam deſiderium, poſsímque eſſe è numero illorum martyrum, qui per mortificationis viam, tua glorioſa exempla, ſalutariáque ſequuntur cõſilia; itaque ita crucifigam voluntatem meam in omnibus ſuis cupiditatibus, & affectionibus terrenis, cor in omnibus inordinatis deſideriis, & amoribus, ac carnem omnibus vi-

tiis, & mundi cõcupiſcentiis: vt hac ratione mihi perfectè mortuus tibi ſoli viuam, te ſolùm amem, te deſiderem, & tui amore omnes huius vitæ afflictiones, & ærumnæ dulceſcant, omnéſque labores, & onera alleuientur.

DOCVMENTA.

1. *CONſulit Dominus, ne tempore perſecutionum ſolliciti ſimus in præmeditando quid reſpondeamus: ſe ſuggeſturum illa hora quid reſpondendum ſit aduerſariis noſtris: vnde diſcimus idem faciendum in perſecutionibus ſpiritualibus hoſtium viſibilium, quando dæmon, in rebus quas conſtat ad gloriam* Dei, *aliorumq; ſalutem pertinere, vt deterreat, & abducat à bono propoſito, obijcit ob oculos difficultates, & pericula, quæ euenire poſſunt: ſuggerens, ſi hoc vel illud eueniat, quid eſſes acturus? nec enim debemus tunc eſſe ſolliciti, vt certò ſtatuamus, quid hoc vel illo caſu dicẽdum agendúmue ſit: tunc enim Deus non cõcurrit ſua gratia, ſicut conſueuit concurrere dum caſus illi reipſa eueniunt: reſpondẽdum autem eſt inimico, quod quidam ſeruus* Dei *reſpondit, dicens:* Quando caſus ille euenerit, probè ſcio quid agendum ſit, quid autem ego ſim acturus, neſcio, nec iam attinet id definire.

2. *Dixit Chriſtus ſeruos ſuos à propriis parẽtibus, cognatis, & amicis tradendos in mortem, & occidendos; vt intelligeremus in noſtris tribulationibus perſecutionibuſq;, non debere nos perfugium habere tantùm ad parentes, & amicos,*

cos, in illis ſpem defigere, ex eorum ſententia, & arbitrio pendere, periculum enim eſt, ne illi ſecundùm conſilium carnis, & mundi nos prodant, & cauſam præbeant noſtræ condẽnationi: at debere potius confugere ad Deum noſtrum, amicum fidelem, & verum patrem, in eo ſecurè confidere, ab eo omne auxilium & ſolatium expectare.

3. *Non legimus ante Saluatoris aduentum, cùm homines vitam agerent carnalem inter cognatos, & amicos fuiſſe aliquam ordinariam perſecutionem, vt ſe mutuò traherent ad mortem. At poſtquam cœpêre amplecti fidem Chriſti, ac ſanctè viuere, mox exortæ ſunt cognatorum perſecutiones, ſic prorſus, vt nec pater parceret filio, nec filius patri, nec amicus amico. Hic perpetuus fuit mundi mos; vt dum filij mundanam agunt vitam, à parentibus, & amicis intimè amentur & diligantur, ſed quamprimum vel minimum ſignum præbent ſæculi deſerendi, & Chriſto adhærendi, ilicò tam parentes quàm amici infeſtiſſimi eorum hoſtes fiunt, eóſque plus quàm alium neminem, exagitant & diuexant, ſecundùm illud Domini dictum.* Inimici hominis domeſtici eius.

4. *Chriſtus hortaturus martyres ſuos ad vitã pro ipſo profundendam, nõ dixit, nec de corpore, nec de vlla eius parte, eam non perituram. Sed tantum dixit, non periturum vllum capillum capitis, quæ res tam parua eſt, vt pars corporis dici non poſſit: vt intelligamus, tantam Dei eſſe bonitatem & liberalitatem erga ſuos ſeruos,* Matth. 10.

vt quicquid ei offeratur ad eum colendum, licet minimum, & nullius momenti, ille tamen magni faciat, copioso q; præmio aliquãdo sit remuneraturus.

Luc. 21. 5. In patiẽtia vestra, *inquit Dominus*, possidebitis animas vestras, *vnde discimus, iniurias nobis ab hominibus illatas non esse nobis noxias, sed potiùs valere ad comparandam patientiam, & per hanc animæ nostræ salutem, nam, vt dicit S. Apost. Iacobus, qui*

Iacob. 1. *patienter suffert tentationes, recipiet coronam vitæ, sicut contra, qui perdit patientiam, perdit & coronam.*

6. *Non dicit Dominus, seruos suos in persecutionibus, & patiendo possessuros animas suas,* sed in patientia. *vt indicaret, non sufficere ad salutem, si multis afflictionibus, & arumnis obnoxij simus, ac etiam pariamur pro ipso Christo, nisi hæc omnia toleremus patienter, & ad finem perseueremus, neque enim pœnæ tolerat æ, sed patientia ipsa coronatur.*

7. *Quemadmodum veri martyres sunt qui pro gloria Christi, & proximi salute contemnunt vitam, sic quando quis vt Christiani hominis officio faciat satis, non laborat quid homines de se loquantur vel sentiant, sed liberè dicit, quod putat ad gloriam Dei esse conueniens, aut non erubescit in præsentia aliorum bonum opus exercere: vel certè si religiosus est, nihili pendit, si, quia vel mortificationem aliquam facit, vel regulas suas obseruat, contemnatur, vel etiam stultus habeatur: hic, inquam, similitudine quadam potest etiam vocari*

vocari Martyr. Nam ſicut martyr anteponit Chriſtum vitæ ſuæ, ſic hic anteponit Chriſtum gratiæ humanæ. Quapropter ſicut martyrium eſt actus ſummæ perfectionis, ac proinde ſummo præmio dignus, ſic ante dicti actus ob ſimilitudinem quam cum martyrio habent, ſunt quoq; magnæ perfectionis, & in cœlo copiosè remunerabũtur.

DE COMMVNI SANCTORVM CONFESSORVM.

DISCVRSVS III.

EVANGELIVM.

Matth.5. VOs estis sal terræ, quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi super montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. Sint lumbi

bi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, & vos ſimiles hominibus expectãtibus Dominum, quando reuertatur à nuptiis, vt cùm venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quòd præcinget ſe & faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ſeruus, quem cùm venerit Dominus, inuenerit ita facientem. Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona conſtituet eum.

FIGVRÆ.

VEteris Legis Sacerdos, inter alia veſtimenta, ſecundum ordi-

nem à Deo præscriptum, habebat vestem hyacinthinam, in cuius extremis partibus pendebant quasi mala punica coloris varij, mistis in medio aureis tintinnabulis.

PROPHETIÆ.

Iere. 3. 1. *DAbo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos scientia & doctrina.*

Dan. 22. 2. *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stella in perpetuas aeternitates.*

Eccl. 44. 3. *Hi sunt viri misericordiæ quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanent bona, hereditas sancta nepotes eorum, corpora ipsorum sepulta sunt, & nomen eorum vivet in generatione & generationem.*

CONSIDERATIONES.

POst victricem sanctorum Martyrum exercitum, proximè sequuntur nobiles, & splendidæ turmæ Confessorum, qui officiorum, ministeriorúmq; varietate nõ solùm Ecclesiæ militanti magno sunt ornamento, verùm etiam multiplici sua virtute quasi clarissimis quibusdam stellis illustriorem reddũt Ecclesiã triumphãtem. vbi cõsiderandum est, quemadmodum in Republica benè constituta duo hominum genera sunt necessaria. Alterum eorũ qui

eam

eam cuſtodiant,& armis cõtra hoſtes defendant.Alterum verò eorũ,qui ſua ſapiẽtia,& prudentia eam adminiſtrent, & in pace boniſq; moribus cõſeruent & ſuſtentent:ſic Chriſtum Dominum noſtrũ voluiſſe in Eccleſia ſua eſſe duo hęc hominũ genera, vt alij fide, ſanctóq; zelo armati, fortiter eam defenderẽt, alij verò cœleſti ornati ſapientia & prudentia illam gubernarent,& ad omnem virtutẽ ac perfectionem permouerent. Ex primo illo genere fuit fortiſſimus exercitus Martyrũ:quorũ munus fuit,vt iam dictum eſt, non ſolùm confiteri,& intrepidè aduerſus omnes hoſtes fidem ſanctam tueri,verùmetiã, cùm opus eſſet, ſanguinẽ & vitam pro religione Chriſti,ſanctiſſimíq; nominis eius gloria profundere. Ex ſecundo verò genere *Exod. 28.* fuit illuſtris chorus Confeſſorum, quorũ officium erat non modo prædicatione, & doctrina,ſed ſanctæ quoque conuerſationis exemplo,bonorúmque operum exer- *Pſal.44.* citatione religionẽ ac cultũ diuinum promouere,vitia & abuſus populi fidelis exſtirpare,mores reformare,ſimplices,& rudes inſtruere,concordiã,&pacẽ inter omnes ſartã tectã cõſeruare,ac denique pauperum,& afflictorũ neceſſitatibus ex charitate Chriſtiana ſuccurrere. Hi ſunt illi prudentes & fideles Domini ſerui, in Eccleſia per ſummi Sacerdotis veſtẽ in veteri lege præfigurati, qui vt repræſentabat ipſe perſonam Chriſti,ita veſtibus ſuis re-

runt lampades ſuas. Fatuæ autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro, quia lãpades noſtræ extinguuntur. Reſponderunt prudentes, dicentes. Ne fortè non ſufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes,& emite vobis. Dum autem irent emere, venit ſponſus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua. Nouiſſimè verò veniunt, & reliquæ virgines, dicentes, Domine Domine aperi nobis. At ille reſpondens ait, Amen dico vobis, neſcio vos.

FIGVRA.

DEus in veteri Lege mandauit, Leu. 21.
vt ſummus Põtifex, qui repræſentabat perſonã Chriſti, in ſponſam acciperet fœminam virginem.

PROPHETIÆ.

1. *HÆc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint Sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, &* Pſal. 56.

nomen melius à filiis & filiabus. nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.

Psal. 44. 2. *Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.*

Sap. 3. 3. *Fœlix est sterilis, & incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum, & spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima: dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima.*

Sap. 4. 4. *O quàm pulchra est casta generatio cũ claritate immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines, & in perpetuũ coronata triumphat inquinatorum certaminum præmium vincens.*

CONSIDERATIONES.

Punct. 1. Apoc. 14. BEatissimus Ioannes Euangelista, vt est in eius Apocalypsi, post conspectas varias & admirandas visiones, vidit turbam Sanctorum magnam, qui singulari quadam gestientes lætitia respiciebant, & laudabant agnum, & ab eo quoque benignè aspiciebantur. Vnde dicit sanctus hic Apostolus: Agnum stetisse supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius in frontibus suis: se verò audisse vocem de cœlo citharœdorum citharizantium in citharis suis, qui & cantabant quasi canticum nouum ante sedem

ſedem Dei : & nemo poterat dicere canticum niſi 144. millia, qui empti erant de terra. Subiicit deinde Apoſtolus qui fuerint iſti beati *Hi ſunt*, inquit, *qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt. Hi ſequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti ſunt ex hominibus primitiæ Deo, & agno, & in ore eorum non eſt inuentum mendacium. Sine macula enim ſunt ante thronum Dei.* Fuit profectò immaculatus hic Virginum chorus primitiarum loco, fuit primus fructus quẽ Chriſtus verus Deus, & homo, per paſſionem, & mortem ſuam ex hoc mundo reportauit Immò mox atque in terram deſcendit, inſtituit hanc nouam familiam Virginum ; vt ſicut ipſe in cœlo adoratus erat ab Angelis: ita in terra quoque Angelos haberet, qui ipſi ſeruirent. Ipſe igitur de cœlo hoc angelicum ſemen attulit, & fœliciter illud perſeminauit in ſuæ Eccleſiæ ſolo. Dedit hominibus hunc ſpiritum vt ſe caſtos, & puros ſeruare, & corporis ſui vas, vt hortabatur Apoſtolus, in ſanctificatione, & honore cuſtodire poſſent, & non in paſſione deſiderij. Habuit igitur hæc virginitatis virtus originem ſuam ab ipſo Deo, à quo eam primò didicerunt Angeli. Fuit in cœlo inuenta, & inde delapſa eſt ad homines, & poſt generalem reſurrectionem in cœlo perſeuerabit in æternum. Ibi enim, teſte Domino, nulli amplius nubent vel nubentur, ſed omnes erũt ſicut Angeli Dei, facti ſponſæ ipſius Dei,

1. *Theſſ.* 4.

Matt. 22.

ac

ac perpetuæ charitatis vinculo illi coniũcti. In his ponet ille thronum, & ſedem ſuam, & habitare cum illis pro delitijs ſuis reputabit. Quare bene dixit Euangeliſta, dum Agnus, Chriſtus D. N. ſtaret ſupra montem Sion, ſupra Eccleſiam triumphãtẽ, vt eius caput, gubernando illam, & conſeruando, ſupra illum montem altiſſimũ Sion, vbi videre, & contemplari licet Deũ Deorum, in eius ſocietate aſtabat nobiliſſimus, ſplendidiſſimuſque chorus Virginũ. Ac cetè valdè conueniens erat, immaculatum agnum non aliorum ſocietate ſtipari, quàm qui corpore, & mente puri, & immaculati eſſent. Quare, & ſpeciatim dicitur hoc aſtitiſſe agno, tum ob vitæ imitationem, & conformitatem, tum ob eximiã charitatis cõiunctionem: virginitatis enim prærogatiua, reddit animos diuino amore digniores, & capaciores. Adhæc habebant illi nomen agni, per fidem humanitatis, & nomen Patris per fidem diuinitatis eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et rectè in frõtibus, quia fidem, quam habebant in corde, etiam palam ore confitebantur, & facto proteſtabantur. Quocirca vti in hac vita amore Chriſti, ſtudioque ei placendi, ſe proprij corporis commodis, & huius mũdi voluptatibus exuerunt, ſic illi in cœlo, in ſignum amoris ſui erga ipſos, nomen ſuum inſcribit eorum frontibus, ſimulque nomen Patris, in ſignum, quod ab illo quo que amentur, conuenienter illi dicto Domini

mini. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & diligam illum.* Hi ergò lætis vocibus more hominum citharizantium in citharis cantârunt canticum nouum. Sunt certè Virgines quasi citharæ quædam resonantes. Nam sicut cithara aliud non est, quàm chordæ certo ordine extensæ in ligno, ita hi sancti crucifigentes, & mortificantes membra sua, quasi extensi, & cum Christo confixi in ligno crucis, facti sunt citharæ, suauissimum sonum, & harmoniam efficientes in Dei auribus. Rectè autem dicit eos cantasse canticum nouum: nec enim solùm noua fuit hæc virtus mundo, sed etiam animis eam possidentibus conciliabit nouam gloriam, & lætitiam ob fœlicem aureolam quæ illos multò inter alios reddidit in cœlo honoratiores, & illustriores. Ac denique speciatim hi sequuntur agnum quocunque ierit: quia semper fuerunt perfecti eius imitatores, non solùm in virginea integritate mentis, & corporis, in mansuetudine, humilitate, aliisque virtutibus, sed etiam in propriæ carnis mortificatione, qua sacratissimam eius passionem, & mortem imitantur. Ioan. 14.

2. Considera quomodo hæc cœlestis virtus de cœlo à Christo D. N. in terram allata, primùm fuerit hominibus commẽdata, quando ipsi de indissolubili vinculo Matrimonij loquenti, Apostoli subiunxêre. *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Tũc enim respondit Dominus: Matt. 19.

Non

Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Quibus verbis Dominus declarauit, quanta sit huius virtutis, præstantia: vt enim illa venit de cælo venire auxilium, & gratiam, qua obtineatur, & conseruetur. Hanc non Christus solùm docuit, alijsque consuluit, sed etiam perfe-
Sap. 7. ctissimè obseruauit, immò eminenter in eo exstitit, vt in illo, de quo scriptum erat, quoque esset *candor lucis æternæ, & speculum sine vlla macula.* Hoc quoque voluit ornatam esse Matrem suam, faciens eam Reginam omnium Virginum, & omnis pudicitiæ speculum. A beadem initium voluit fieri legis Euangelicæ, nam præcursor Ioãnes, qui fuit primus lapis, primusque eius prædicator in deserto perpetuam virgininitatem seruauit: immò tota Domini lex amoris plenissima non aliud spirat, quàm puritatem, quàm virginitatem, quàm castitatem, quæ tota huiusmodi cælestibus
Psal. 11. consilijs plena est, secundùm illud Prophetæ. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Similiter aliud Propheta loquẽs de sanguine Saluatoris nostri quo confirmauit suum nouum testamentum, cuiusque omnes fideles beneficio sacramentorum facti sunt participes, & singulatim re-

spi-

ciens ad nobiliſſimum omnium Sacramẽtorum Sacramentum Corporis, & Sanguinis ipſius Redemptoris noſtri, peculiarem hanc proprietatem ei attribuit generandi virgines. *Quid enim bonum*, inquit, *eius eſt, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Atque id verum eſſe ſatis demonſtrat ipſa experientia, nam quando ſpiritus, amorque Chriſti animam ingreditur, & per hunc cæleſtem cibum, & potum ei vnitur, ilicò primum deſiderium, & ſtudium eius eſt ſectari hanc virgineam virtutem, vel ſaltem caſtitatem, ſi culpa ſua fortè florem illum amiſit. Denique nec alius fuit ſpiritus, vel doctrina omnium eius Apoſtolorum, inprimis autem eius, qui plus alijs pro Eccleſia laborauit, qui tantoperè ſemper optabat, & hortabatur alios, vt perinde ac ipſe caſti, & continentes eſſent: ac proinde ſuadebat Virginibus, vt potius virginalem, quàm coniugalem ſtatum amplecterentur, vt hac ratione, mente, & corpore, ſanctę, melius diuino cultui vacare poſſent. Viduis quoque conſulebat, vt potius caſtitatem cuſtodirent, quàm nouas inirent nuptias: Si autem iam iniiſſent, ita viuerent, ac ſi non iniiſſent. Denique omnes fideles cuiuſcunque ſtatus voluit eſſe virgines caſtas Chriſto deſponſatas.

Zach. 9.

2. Cor. 15.

1. Cor. 7.

2. Cor. 11.

3. Conſidera deinde quibus rebus in ſcriptura hic Chorus illuſtris Virginum fuerit aſſimilatus. Primò enim aſſimilantur

tur nubibus cæli, vt nubi illi, de qua scri-
Esa.14. ptum est *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*, ac verè leues sunt virginum animæ, quia ex oneratæ sunt, & solutæ onere sta-tus coniugalis. Sunt quoque leues, quia liberę sunt à sollicitudinibus sęculi, cõtinenter mentem habentes sublatam ad Deum, contemplantes de Deo, rebusque diuinis,
1.Cor.7. iuxta illud Apostoli *Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta, & corpore, & spiritu.* Deinde sicut nubes sunt candidæ, & humidæ ob aquam quam continent, sic virgines candore virgineæ puritatis quasi resplendent, & mentem habent deuotionis aquis humidam, ac simul frigidam ad temperandos carnalis concupiscentiæ ardores. Secundò comparantur cedris, arboribus semper virentibus, suauissimique odoris quo fugant serpentes, homines verò oblectant, & sunt corruptionis expertes, sic vt nunquam putrescant, nec à tineis rodantur: Sic animus virginis semper retinet suum vigorem, semper viret, & floret Adhæc odorem, & conspectum huius virtutis fugiunt dæmones, contrà Angeli mirificè oblectantur, & est ab omni corruptione peccati aliena. Tertiò assimilantur apibus; vt enim apes sine mutuo cõgressu sunt fœcundæ, sic qui se continent in statu virginali extra coniugium non sunt steriles, sed fœcundi, ac primò quidẽ in se multis sanctis desiderijs, & spiritalib. sensibus, quibus plus alijs abundant, dein-

de

de etiam proximos, dum tam raræ, & illustris virtutis exemplo authores sunt salutis multorum. Immò, & fœcundi sunt cœlo, nam, vt docet quidam sanctus Doctor, sicut nuptiæ complerunt mundum, sic virginitas impleuit paradisum. Quartò cõuenientissimè sunt assimilati varijs floribus, & particulatim lilijs, sicut indicat sponsus loquens de pura, & immaculata sua sponsa. *Sicut lilium inter spinas, sic dilecta mea inter filias Hierusalem.* Et meritò hæ dilectæ Christi assimilantur candido lilio, tum obearum virgineam puritatem, & nitorem, tum ob gratissimum odorem, quem sanctę illæ animæ expirant. Deinde sicut lilium habet sex folia, sic virgineus hic flos est sex virtutibus singularibus ornatus. Primum folium virginitatis est sobrietas, & continentia à cibo superfluo: sicut enim gula seminarium est impudicitię, sic ieiunium est custos castitatis. Secundum folium est honestas, & simplicitas habitus sine mollitie, & curiositate. Tertium est, mortificatio, & diligens sensuum, maximè oculorum, auriúmque custodia, quia scriptum est, mortem per has fenestras intrasse. Quartum folium est, parcitas, & circunspectio in loquendo, demonstrando, vt mente, & corpore, ita etiam in verbis summam honestatem. Quintum est, esse domi inclusam, fugiendo quoad fieri potest, hominum frequentiam, & consuetudinem, omnémq; peccãdi occasionem, nã scriptũ est,

Can. 2.

Hier. 9.

Qui

Qui amat periculum, peribit in illo Sextum, & postremum solium est, fuga otij, & occupare se in operibus pijs, partim spiritalib. sæpe agendo in oratione cum Deo Domino nostro, partim corporalibus ad subueniendum necessitatibus proprijs, & proximorum, quantum status, & facultas vniuscuiusque postulauerit. Denique animæ Virginum assimilantur horto florido, & aromatico, de quo loquens sponsa dixit.

Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.* Verè hortus floridus, & odoriferis aromatibus plenus; nam aliud non sunt actiones internarum virtutum hujus purissimi Virginum collegij, castæque eorum cogitationes, quàm lilia candida, & inflammata desideria, quàm purpureæ rosæ, & summissa illa, & abiecta de seipsis opinio, quàm humiles violæ. Actiones quoque externæ pietatis ipsorum, quid aliud sunt quàm odorata quædam aromata, quę igne charitatis accensa, instar virgulæ fumi ex myrrha, aloe, aliisq; aromatum speciebus (sicut de sponsa scriptum est) ascendunt vsque in cælum, angelisque, & ipsi Deo suauissimum, gratissimúmque odorem afferunt. Hæc sunt aromata, quibus delectatur sponsus cœlestis, hi sunt horti, in in quibus libenter habitat, hæc lilia, aliique flores, in quibus suauiter pascitur.

Cant. 3.

4. Verùm parum est hunc glorioſum Vir-

Virginum ordinem assimilarirebus terrenis,cùm propriè & præcipuè comparari, imò & æquari debeat angelis cœlestibus: nulla siquidem alia virtute homines mortales ob vitæ imitationē veriùs sunt exæquati angelis, quàm castitatis & virginitatis gratia,cuius virtutis merito degentes in terra obtinent possessionem in cœlo. Sunt ergo similes angelis; nam vt illi non ineunt inter se nuptias, sic nec hi : illi continenter assistunt diuino conspectui, illiq́ue ministrant;idem faciunt hæ fœlices animæ, quæ vt loquitur Apostolus, omnibus aliis curis solutæ tantum cogitant,quemadmodum placeant Deo. Angeli fruuntur præsentia Dei in cœlo, homines verò,etsi dum hoc corpore mortali grauantur,in cœlum ascendere nō possint,non tamen ideò consolatione illa destituuntur:nam cum sancti sint corpore & spiritu,vt esse debent,in cordis eorum domicilium ipse Rex cœli venit. Quæ verò res pulchrior, quæ illustrior esse potest hac virtute virginea, quæ mundos reddit eos,qui de semine concepti sunt immundo,è terra facit cœlum,ex carne spiritum, & ex hominibus angelos.Quod si aliquod inter Virginem & Angelum discrimen est, id non è virtutum meritò, sed naturæ fœlicitate proficiscitur. Itaque si angeli castitas eò fœlicior est, quod ipse sit in statu gloriæ, virginis hominis fortior est, quod eam conseruet in carne

mortali. Angeli enim cum vinculis carnis ligati non sint, nec quicquam habeant repugnans spiritui, conseruant in cœlo apud Deum suam integritatem inuiolabiliter, at hæ animæ generosæ Virginum, continenter inter illecebras, & voluptates carnis pugnando, assiduóque vsu virtutum expugnando tentationes dæmonum in conspectu Creatoris, sartam tectam conseruant puritatem, Angelorum puritati æqualem. Verùm, quid mirum virgines similes esse Angelis, cùm meruerint esse sponsi ipsius Angelorum Domini, imò ipsi Domino simillimi, quatenus integritate puritatéque vitæ proximè ad diuinam puritatem & incorruptibilitatem accedunt, conuenienter dicto Sapientis.

Sap. 6. *Incorruptio facit esse proximum Deo.* Adhæc facit, vt ipsi à Deo speciali quodam amore diligantur, eumque amicum habeant,

Proue. 22. secundum illud, *Qui diligit cordis munditiam habebit amicum Regem.* Atque hæc causa est, cur S. Ioannes Euangelista tam impensè charus Christo fuerit, & ab eo singulari quodam affectu amatus, quòd nimirum esset Virgo, & virgo vsque ad mortem perstitisset. Vnde quamuis proprium sit sapientiæ æternæ filij Dei delectari consuetudine hominum, vt ipse te-

Prouer. 8. statur dicens, *Delicia mea esse cum filiis hominum*; nihilominus modus, quem ille sēper tenuit in tractandis animis virginum, & castorū, declarauit mundo, illi summarum

deli

deliciarum loco esse conuersari cum virginibus, benefacere illis, custodire & tueri illos, & tanquã oculi sui pupillã amare.

5. Præter hæc, quæ hactenus de huius status Virginei præstantia dicta sunt, considera pressiùs quanta sit eius dignitas. Ac primò quidem ex parte officij. Virgines enim sunt verè Christi D. N. sponsæ, ita enim beatissima virgo Agnes locuta est ad Tyrannum. *Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Lunæ mirantur.* Vnde rectè in huius rei figuram in lege veteri mandauit DEVS, vt summus Sacerdos, qui referebat personam Christi, desponsaretur puellæ virgini: talis enim puritas tali sanctitati congruebat. Secundò considera eius dignitatem ex parte excellentiæ, quam habet comparatione facta cum reliquis, tam enim sublimis & illustris est, vt à Doctoribus vocetur flos & ornamentum ordinis Ecclesiastici. Hic enim status est, qui hoc mortalis vitæ tẽpore in terra repræsentat statum immortalitatis, & incorruptionis. Tertiò ratione preeminẽtiæ, Status enim virginum antefertur statui Coniugij, & Viduitatis, vnde (secundum parabolam Domini de semine in terram seminato, quod nunc etiam centesimum reddebat fructum) statui coniugali, vt infimo omnium, attribuitur trigesimus, vidoali sexagesimus, virginali verò vti nobiliori, & sanctiori, centesimus. Et meritò: bonum enim cœleste,

Leuit. 21.

ac perpetuæ charitatis vinculo illi coniũcti. In his ponet ille thronum, & ſedem ſuam, & habitare cum illis pro deliciis ſuis reputabit. Quare bene dixit Euangeliſta, dum Agnus, Chriſtus D. N. ſtaret ſupra montem Sion, ſupra Eccleſiam triumphãtẽ, vt eius caput, gubernando illam, & conſeruando, ſupra illum montem altiſſimũ Sion, vbi videre, & contemplari licet Deũ Deorum, in eius ſocietate aſtabat nobiliſſimus, ſplendidiſſimuſque chorus Virginũ. Ac cetè valdè conueniens erat, immaculatum agnum non aliorum ſocietate ſtipari, quàm qui corpore, & mente puri, & immaculati eſſent. Quare, & ſpeciatim dicitur hoc aſtitiſſe agno, tum ob vitæ imitationem, & conformitatem, tum ob eximiã charitatis cõiunctionem: virginitatis enim prærogatiua, reddit animos diuino amore digniores, & capaciores. Adhæc habebant illi nomen agni, per fidem humanitatis, & nomen Patris per fidem diuinitatis eius ſcriptum in frontibus ſuis. Et rectè in frõtibus, quia fidem, quam habebant in corde, etiam palam ore confitebantur, & facto proteſtabantur. Quocirca vti in hac vita amore Chriſti, ſtudioque ei placendi, ſe proprij corporis commodis, & huius mũdi voluptatibus exuerunt, ſic illi in cœlo, in ſignum amoris ſui erga ipſos, nomen ſuum inſcribit eorum frontibus, ſimulque nomen Patris, in ſignum, quod ab illo quo que amentur, conuenienter illi dicto Domini

mini. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & diligam illum.* Hi ergò lætis vocibus more hominum citharizantium in citharis cantârunt canticum nouum. Sunt certè Virgines quasi citharæ quædam resonantes. Nam sicut cithara aliud non est, quàm chordæ certo ordine extensæ in ligno, ita hi sancti crucifigentes, & mortificantes membra sua, quasi extensi, & cum Christo confixi in ligno crucis, facti sunt citharæ, suauissimum sonum, & harmoniam efficientes in Dei auribus. Rectè autem dicit eos cantasse canticum nouum: nec enim solùm noua fuit hæc virtus mundo, sed etiam animis eam possidentibus conciliabit nouam gloriam, & lætitiam ob fœlicem aureolam quæ illos multò inter alios reddidit in cœlo honoratiores, & illustriores. Ac denique speciatim hi sequuntur agnum quocunque ierit: quia semper fuerunt perfecti eius imitatores, non solùm in virginea integritate mentis, & corporis, in mansuetudine, humilitate, aliisque virtutibus, sed etiam in propriæ carnis mortificatione, qua sacratissimam eius passionem, & mortem imitantur. Ioan. 14.

2. Considera quomodo hæc cœlestis virtus de cœlo à Christo D. N. in terram allata, primùm fuerit hominibus commẽdata, quando ipsi de indissolubili vinculo Matrimonij loquenti, Apostoli subiunxêre. *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Tũc enim respondit Dominus: Matt. 19.

Non

Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Quibus verbis Dominus declarauit, quanta sit huius virtutis, præstantia: vt enim illa venit de cælo venire auxilium, & gratiam, qua obtineatur, & conseruetur. Hanc non Christus solùm docuit, alijsque consuluit, sed etiam perfe-
Sap. 7. ctissimè obseruauit, immò eminenter in eo exstitit, vt in illo, de quo scriptum erat, quoque esset *candor lucis aternæ, & speculum sine vlla macula.* Hoc quoque voluit ornatam esse Matrem suam, faciens eam Reginam omnium Virginum, & omnis pudicitiæ speculum. Ab eadem initium voluit fieri legis Euangelicæ, nam præcursor Ioãnes, qui fuit primus lapis, primusque eius prædicator in deserro perpetuam virgininitatem seruauit: immò tota Domini lex amoris plenissima non aliud spirat, quàm puritatem, quàm virginitatem, quàm castitatem, quæ tota huiusmodi cælestibus
Psal. 11. consilijs plena est, secundùm illud Prophetæ. *Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terra, purgatum septuplum.* Similiter aliud Propheta loquẽs de sanguine Saluatoris nostri quo confirmauit suum nouum testamentum, cuiusque omnes fideles beneficio sacramentorum facti sunt participes, & singulatim re-

spi-

ciens ad nobiliſſimum omnium Sacramẽtorum Sacramentum Corporis, & Sanguinis ipſius Redemptoris noſtri, peculiarem hanc proprietatem ei attribuit generandi virgines. *Quid enim bonum*, inquit, *eius eſt, & quid pulchrum eius niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?* Atque id verum eſſe ſatis demonſtrat ipſa experientia, nam quando ſpiritus, amorque Chriſti animam ingreditur, & per hunc cæleſtem cibum, & potum ei vnitur, ilicò primum deſiderium, & ſtudium eius eſt ſectari hanc virgineam virtutem, vel ſaltem caſtitatem, ſi culpa ſua fortè florem illum amiſit. Denique nec alius fuit ſpiritus, vel doctrina omnium eius Apoſtolorum, inprimis autem eius, qui plus alijs pro Eccleſia laborauit, qui tantoperè ſemper optabat, & hortabatur alios, vt perinde ac ipſe caſti, & continentes eſſent: ac proinde ſuadebat Virginibus, vt potius virginalem, quàm coniugalem ſtatum amplecterentur, vt hac ratione, mente, & corpore, ſanctę melius diuino cultui vacare poſſent. Viduis quoque conſulebat, vt potius caſtitatem cuſtodirent, quàm nouas inirent nuptias: Si autem iam iniiſſent, ita viuerent, ac ſi non iniiſſent. Denique omnes fideles cuiuſcunque ſtatus voluit eſſe virgines caſtas Chriſto deſponſatas.

Zach. 9.

2. Cor. 15.

1. Cor. 7.

2. Cor. 11.

3. Conſidera deinde quibus rebus in ſcriptura hic Chorus illuſtris Virginum fuerit aſſimilatus. Primò enim aſſimilan-

tur

tur nubibus cæli, vt nubi illi, de qua scriptum est. *Ecce Dominus ascendet super nubem leuem*, ac verè leues sunt virginum animæ, quia ex oneratæ sunt, & solutæ onere status coniugalis. Sunt quoque leues, quia liberę sunt à sollicitudinibus sęculi, cōtinenter mentem habentes sublatam ad Deum, contemplantes de Deo, rebusque diuinis, iuxta illud Apostoli *Mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta, & corpore, & spiritu.* Deinde sicut nubes sunt candidæ, & humidæ ob aquam quam continent, sic virgines candore virgineæ puritatis quasi resplendent, & mentem habent deuotionis aquis humidam, ac simul frigidam ad temperandos carnalis concupiscentiæ ardores. Secundò comparantur cedris, arboribus semper virentibus, suauissimique odoris quo fugant serpentes, homines verò oblectant, & sunt corruptionis expertes, sic vt nunquam putrescant, nec à tineis rodantur: Sic animus virginis semper retinet suum vigorem, semper viret, & floret Adhæc odorem, & conspectum huius virtutis fugiunt dæmones, contrà Angeli mirificè oblectantur, & est ab omni corruptione peccati aliena. Tertiò assimilantur apibus; vt enim apes sine mutuo cōgressu sunt fœcundæ, sic qui se continent in statu virginali extra coniugium non sunt steriles, sed fœcundi, ac primò quidē in se multis sanctis desiderijs, & spiritalib. sensibus, quibus plus alijs abundant, dein-

Esa.14.

1.Cor.7.

de

de etiam proximos, dum tam raræ, & illuſtris virtutis exemplo authores ſunt ſalutis mutorum. Immò, & fœcundi ſunt cœlo, nam, vt docet quidam ſanctus Doctor, ſicut nuptiæ complerunt mundum, ſic virginitas impleuit paradiſum. Quartò cõuenientiſſimè ſunt aſſimilati varijs floribus, & particulatim lilijs, ſicut indicat ſponſus loquens de pura, & immaculata ſua ſponſa. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic dilecta mea inter filias Hieruſalem.* Et meritò hæ dilectæ Chriſti aſſimilantur candido lilio, tum obearum virgineam puritatem, & nitorem, tum ob gratiſſimum odorem, quem ſanctę illæ animæ expirant. Deinde ſicut lilium habet ſex folia, ſic virgineus hic flos eſt ſex virtutibus ſingularibus ornatus. Primum folium virginitatis eſt ſobrietas, & continentia à cibo ſuperfluo: ſicut enim gula ſeminarium eſt impudicitię, ſic ieiunium eſt cuſtos caſtitatis. Secundum folium eſt honeſtas, & ſimplicitas habitus ſine mollitie, & curioſitate. Tertium eſt, mortificatio, & diligens ſenſuum, maximè oculorum, auriúmque cuſtodia, quia ſcriptum eſt, mortem per has feneſtras intraſſe. Quartum folium eſt, parcitas, & circunſpectio in loquendo, demonſtrando, vt mente, & corpore, ita etiam in verbis ſummam honeſtatem. Quintum eſt, eſſe domi incluſam, fugiendo quoad fieri poteſt, hominum frequentiam, & conſuetudinem, omnémq; peccãdi occaſionem, nã ſcriptũ eſt,

Can. 2.

Hier. 9.

Qui

Qui amat periculum, peribit in illo Sextum, & poſtremum ſolium eſt, fuga otij, & occupare ſe in operibus pijs, partim ſpiritalib. ſæpe agendo in oratione cum Deo Domino noſtro, partim corporalibus ad ſubueniendum neceſſitatibus proprijs, & proximorum, quantum ſtatus, & facultas vniuſcuiuſque poſtulauerit. Denique animæ Virginum aſſimilantur horto florido, & aromatico, de quo loquens ſponſa dixit.

Cant. 6. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Verè hortus floridus, & odoriferis aromatibus plenus; nam aliud non ſunt actiones internarum virtutum hujus puriſſimi Virginum collegij, caſtæque eorum cogitationes, quàm lilia candida, & inflammata deſideria, quàm purpureæ roſæ, & ſummiſſa illa, & abiecta de ſeipſis opinio, quàm humiles violæ. Actiones quoque externæ pietatis ipſorum, quid aliud ſunt quàm odorata quædam aromata, quę igne charitatis accenſa, inſtar virgulæ fumi ex myrrha, aloe, aliiſq; aromatum ſpe-

Cant. 3. ciebus (ſicut de ſponſa ſcriptum eſt) aſcendunt vſque in cælum, angeliſque, & ipſi Deo ſuauiſſimum, gratiſſimúmque odorem afferunt. Hæc ſunt aromata, quibus delectatur ſponſus cœleſtis, hi ſunt horti, in in quibus libenter habitat, hæc lilia, aliíque flores, in quibus ſuauiter paſcitur.

4. Verùm parum eſt hunc glorioſum Vir-

Virginum ordinem assimilarirebus terrenis, cùm propriè & præcipuè comparari, imò & æquari debeat angelis cœlestibus: nulla siquidem alia virtute homines mortales ob vitæ imitationē veriùs sunt exæquati angelis, quàm castitatis & virginitatis gratia, cuius virtutis merito degentes in terra obtinent possessionem in cœlo. Sunt ergo similes angelis; nam vt illi non ineunt inter se nuptias, sic nec hi: illi continenter assistunt diuino conspectui, illique ministrant; idem faciunt hæ fœlices animæ, quæ vt loquitur Apostolus, omnibus aliis curis solutæ tantum cogitant, quemadmodum placeant Deo. Angeli fruuntur præsentia Dei in cœlo, homines verò, etsi dum hoc corpore mortali grauantur, in cœlum ascendere nō possint, non tamen ideò consolatione illa destituuntur: nam cum sancti sint corpore & spiritu, vt esse debent, in cordis eorum domicilium ipse Rex cœli venit. Quæ verò res pulchrior, quæ illustrior esse potest hac virtute virginea, quæ mundos reddit eos, qui de semine concepti sunt immundo, è terra facit cœlum, ex carne spiritum, & ex hominibus angelos. Quod si aliquod inter Virginem & Angelum discrimen est, id non è virtutum meritò, sed naturæ fœlicitate proficiscitur. Itaque si angeli castitas eò fœlicior est, quod ipse sit in statu gloriæ, virginis hominis fortior est, quod eam conseruet in carne

mortali. Angeli enim cum vinculis carnis ligati non sint, nec quicquam habeant repugnans spiritui, conseruant in cœlo apud Deum suam integritatem inuiolabiliter, at hæ animæ generosæ Virginum, continenter inter illecebras, & voluptates carnis pugnando, assiduóque vsu virtutum expugnando tentationes dæmonum in conspectu Creatoris, sartam tectam conseruant puritatem, Angelorum puritati æqualem. Verùm, quid mirum virgines similes esse Angelis, cùm meruerint esse sponsi ipsius Angelorum Domini, imò ipsi Domino simillimi, quatenus integritate puritatéque vitæ proximè ad diuinam puritatem & incorruptibilitatem accedunt, conuenienter dicto Sapientis.

Sap. 6. *Incorruptio facit esse proximum Deo.* Adhæc facit, vt ipsi à Deo speciali quodam amore diligantur, eumque amicum habeant,

Prouer. 22. secundum illud, *Qui diligit cordis munditiam habebit amicum Regem.* Atque hæc causa est, cur S. Ioannes Euangelista tam impensè charus Christo fuerit, & ab eo singulari quodam affectu amatus, quòd nimirum esset Virgo, & virgo vsque ad mortem perstitisset. Vnde quamuis proprium sit sapientiæ æternæ filij Dei delectari consuetudine hominum, vt ipse te-

Prouer. 8. statur dicens, *Delicia mea esse cum filiis hominum*; nihilominus modus, quem ille sēper tenuit in tractandis animis virginum, & castorū, declarauit mundo, illi summarum

deli

deliciarum loco esse conuersari cum virginibus, benefacere illis, custodire & tueri illos, & tanquã oculi sui pupillã amare.

5. Præter hæc, quæ hactenus de huius status Virginei præstantia dicta sunt, considera prestiùs quanta sit eius dignitas. Ac primò quidem ex parte officij. Virgines enim sunt verè Christi D. N. sponsæ, ita enim beatissima virgo Agnes locuta est ad Tyrannum. *Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur.* Vnde rectè in huius rei figuram in lege veteri mandauit DEVS, vt summus Sacerdos, qui referebat personam Christi, desponsaretur puellæ virgini: talis enim puritas tali sanctitati congruebat. *Leuit. 21.* Secundò considera eius dignitatem ex parte excellentiæ, quam habet comparatione facta cum reliquis, tam enim sublimis & illustris est, vt à Doctoribus vocetur flos & ornamentum ordinis Ecclesiastici. Hic enim status est, qui hoc mortalis vitæ tẽpore in terra repræsentat statum immortalitatis, & incorruptionis. Tertiò ratione preeminẽtiæ, Status enim virginum antefertur statui Coniugij, & Viduitatis, vnde (secundum parabolam Domini de semine in terram seminato, quod nunc etiam centesimum reddebat fructum) statui coniugali, vt infimo omnium, attribuitur trigesimus, vidoali sexagesimus, virginali verò vti nobiliori, & sanctiori, centesimus. Et meritò: bonum enim cœleste,

mortali. Angeli enim cum vinculis carnis ligati non ſint, nec quicquam habeant repugnans ſpiritui, conſeruant in cœlo apud Deum ſuam integritatem inuiolabiliter, at hæ animæ generoſæ Virginum, continenter inter illecebras, & voluptates carnis pugnando, aſſiduóque vſu virtutum expugnando tentationes dæmonum in conſpectu Creatoris, ſartam tectam conſeruant puritatem, Angelorum puritati æqualem. Verùm, quid mirum virgines ſimiles eſſe Angelis, cùm meruerint eſſe ſponſi ipſius Angelorum Domini, imò ipſi Domino ſimillimi, quatenus integritate puritatéque vitæ proximè ad diuinam puritatem & incorruptibilitatem accedunt, conuenienter dicto Sapientis.

Sap. 6. *Incorruptio facit eſſe proximum Deo.* Adhæc facit, vt ipſi à Deo ſpeciali quodam amore diligantur, eumque amicum habeant,

Proue. 22. ſecundum illud; *Qui diligit cordis munditiam habebit amicum Regem.* Atque hæc cauſa eſt, cur S. Ioannes Euangeliſta tam impensè charus Chriſto fuerit, & ab eo ſingulari quodam affectu amatus, quòd nimirum eſſet Virgo, & virgo vſque ad mortem perſtitiſſet. Vnde quamuis proprium ſit ſapientiæ æternæ filij Dei delectari conſuetudine hominum, vt ipſe te-

Prouer. 8. ſtatur dicens, *Delicia mea eſſe cum filiis hominum*; nihilominus modus, quem ille ſæpe tenuit in tractandis animis virginum, & caſtorũ, declarauit mundo, illi ſummarum

del*i*

deliciarum loco esse conuersari cum virginibus, benefacere illis, custodire & tueri illos, & tanquã oculi sui pupillã amare.

5. Præter hæc, quæ hactenus de huius status Virginei præstantia dicta sunt, considera prestiùs quanta sit eius dignitas. Ac primò quidem ex parte officij. Virgines enim sunt verè Christi D. N. sponsæ, ita enim beatissima virgo Agnes locuta est ad Tyrannum. *Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem Sol & Luna mirantur.* Vnde rectè in huius rei figuram in lege veteri mandauit Deus, vt summus Sacerdos, qui referebat personam Christi, desponsaretur puellæ virgini: talis enim puritas tali sanctitati congruebat. *Leuit. 21.* Secundò considera eius dignitatem ex parte excellentiæ, quam habet comparatione facta cum reliquis, tam enim sublimis & illustris est, vt à Doctoribus vocetur flos & ornamentum ordinis Ecclesiastici. Hic enim status est, qui hoc mortalis vitæ tẽpore in terra repræsentat statum immortalitatis, & incorruptionis. Tertiò ratione preeminẽtiæ; Status enim virginum antefertur statui Coniugij, & Viduitatis, vnde (secundum parabolam Domini de semine in terram seminato, quod nunc etiam centesimum reddebat fructum) statui coniugali, vt infimo omnium, attribuitur trigesimus, vidoali sexagesimus, virginali verò vti nobiliori, & sanctiori, centesimus. Et meritò: bonum enim cœleste,

& diuinum præferendum est humano, & bonum spirituale animi, bono corporis. Quartò ratione maioris conformitatis, quam hic status habet cum Christo Virgine, candido & rubicundo, & similiter cũ eius matre Virgine purissima, ac denique cum angelis Dei, vt ante dictum est. Quare virginitas, teste Ambrosio, humanæ naturæ conditionem longè excedit, eo quod beneficio huius virtutis homines iungantur angelis. Et meritò, quia in carne, sed non secundum carnem viuere, non humanæ, sed angelicæ naturæ propriùm est. Quintò ratione ærumnarum & calamitatum, quibus coniuges sunt subiecti, à quibus virgines sunt liberæ, vt à subiectione & imperio mariti, à molestiis & fœditatibus carnis, à doloribus & angustiis partus, ab infinitis laboribus tolerandis in educandis, sustentandis & formandis liberis, ac denique ab illa ingenti cruce quam sustinet in morte filiorum, si contingat eos è viuis excedere. Sextò ratione commodorum quæ affert hic status. Nam præterquam quod sint omni cura, vt dictum est, rerum temporalium, familiæ, & facultatum, quæ causam præbent maximis afflictionibus, solutæ & vacuæ, magis tamẽ sunt sapientiæ capaces, eo quod intellectus virginum magis sit purgatus & illustratus. Vnde Sapiens dicit sapientiam esse fructũ castitatis. Cõtrà verò scriptum est.

In maleuolam animam non intrabit sapientia,

Cap. 1.

nec

nec habitabit in corpore subdito peccatis. Illa enim est quasi balsamũ odoriferum, quod odorẽ suum perdit, si ponatur in vase immundo. Deinde virginea puritas, reddit animas leuiores, vt hac virtute quasi alis possint attolli sursum ad Deum, & cum infinita illa puritate coniungi. Hac de causa tantoperè laudauit virginitatem Apostolus, quòd videlicet virgines, omnibus remotis impedimentis, commodiùs se possint dedere orationis studio, & conuersationi cum Deo, præterea hæc virtus non parum prodest toti Ecclesiæ; si enim vna casta Iud'th vniuerso suo populo tantum profuit, vti de ea legimus, *eò quòd castitatẽ amauerit, & post virum suum alterum nõ scierit*, quantum bonum, quanta commoda, quantámq; gloriã putamus redundare in Ecclesiam Christianam ex tot sanctarum Virginum choris, aliarúmq; personarum, quæ vitam ab omni peccato immunẽ ducunt? Septimò possumus dignitatem huius stat⁹ cognoscere ex singu'ari eius pulchritudine. Vnde & cum ingenti admiratione collaudatus fuit à sapiente his verbis. *O quàm pulchra est casta generatio cũ claritate.* Status verè speciosus & clarus, in quo refulget species, & venustas plusquã humana, imò potius diuina. Si enim hoc venustior est creatura, quo plus participat de lumine & gratia sui Creatoris, quantam arbitramur esse venustatem animæ Virginis, quę in tam sublimi gradu,

Iud. 15.

Sap. 4.

mundissimi speculi instar, recipit & repræsentat in se diuinæ pulchritudinis imaginem & splendorem? Octauò & vltimò, nobilissima est hæc virginea virtus ratione summi sui valoris & pretij, de quo agēs Sapiens hanc pulchram pronunciauit sententiam. *Omnis ponderatio non est digna continentis animæ*: sic prorsus, vt neque aurum neque gemmæ neque thesauri vlli, quamuis maximi in terra exstent, qui possint æquare huius nobilissimæ virtutis valorem & meritum: atque ideò benedictas animas quæ hoc donum à Domino obtinuerunt, tantoperè homines admirātur, angeli reuerētur, dęmones reformidāt & Deus singulari amore & honore prosequitur.

6. Cęterùm ne vllā prætermittamus prærogatiuam & dignitatem, quę in hanc nobilem virtutem conuenire posset, visum est mihi hîc adiungendum prærogatiuam martyrij, cuius actus inter omnes heroicos virtutum actus, qui ad colendum Deū exerceri queunt, est omnium laudatissimus & perfectissimus, eò quòd sit effectus & signum summi amoris in Deum, quo maior in hac vita declarari non potest, hoc enim actu homo deserit vitam quo nihil habet carius, & amplectitur mortem, qua nihil odiosius & acerbius. At tanta est virginalis virtutis dignitas, vt quemadmodum scribit S. Ambrosius, sit quasi martyrij mater, ipsaque non ideò laude

laude digna sit, quòd reperiatur in martyribus, sed quia facit martyres. Huius autẽ rei hæc causa est, quòd ingens illa amoris vis, quæ animam mouet ad offerẽdum, & dedicandum Christo virginitatem suã, & seipsam totam, eadem moueat ad exponẽdam vitam pro Christo dilecto suo. Quare mirum non est tempore persecutionis maximã fœminarum partẽ, quę sanguinẽ suum profuderunt, fuisse Virgines: virginitas enim est quasi via ad martyrium, & quasi status cui optimè cõueniat talis corona. Nam cœlestis spõsus, cui se hæ sanctæ animæ desponsârũt, & de quo scriptũ est, quod sit *candidus & rubicundus*, plurimum oblectatur, dum videt has suas spõsas non minus puritatis candore, quàm martyrij purpura ornatas & insignitas. Accedit, quòd virginitas nõ solùm causa est martyrij, sed etiã ipsa est quoddã martyrium. Nã si martyr dicitur magnę fortitudinis actũ exercere, dũ constantissimè sustinet cruciatus, dum obuiã it morti, dum non metuit amittere vitam, non minor certè est fortitudo sanctarum virginum, dum vi coërcent suas cupiditates, carnem suam mortificant, importunas animi perturbationes, & tentationum diabolicarũ impetum reprimunt, & frangunt. Imò verò & maior est, nã martyrium sæpè breui tempore absoluitur, & victoria vno puncto temporis obtinetur, at conflictus virginis animæ continuus est; & vsque *Cant. 2.*

ad finem vitæ perdurat. Adhæc, sicut in martyrio homo amore sui creatoris se offert ad mortem, faciendo de seipso quasi sacrificium suæ Maiestati, sicut de illis scriptum est, *Deus tentauit eos, inuenit eos dignos se, quasi holocausti hostiam accepit illos.* Sap. 7. Ita quoque hoc virginum martyrium appellatur holocaustum & sacrificium, quia anima virgo igne diuini amoris flagrans in altari cordis sui offert se Deo sponso suo in odorem suauitatis. Et Origines dicit illos solos nunc offerre Deo perpetuũ sacrificium, qui perpetuæ continentiæ votum edunt. Quocirca bene hoc virginale holocaustum assimilatur sacrosancto altaris sacrificio. Nam sicut hoc vocatur sacrificium virginitatis, quia in eo offertur Deo virginea vnigeniti filij eius caro; ita illud aliud, in quo eidem Deo anima offert virginitatem sui corporis, vocatur sacrificium Virginitatis. Denique, vt scribit S. Ambrosius, mens Virginum non modo est altare, in quo suam virginitatem consecrant, sed in quo etiam quotidie ipse Christus offertur. Quid verò mirum mẽtem virginum esse altare, cum corpus earum non sit aliud quàm templum Dei? Beatæ virgines, quæ per immortalẽ gratiam in vobis existentem odores sanctitatis spiratis, haud secus quàm horti per flores, sacra templa per diuinum cultum, altaria per sacerdotem in iis offerentem.

7. Restat nunc considerare quàm grãde, quam

quámque nobile præmium Dominus pro dilectis his ſponſis ſuis paratum habeat. Ac primùm omitto internos illos, & ſpiritales guſtus, illas veras ſolidáſque conſolationes, illud cæleſtium deliciarum, & futuræ beatitudinis pignus, quo adhuc in terra perfruuntur illæ virginum animæ, quæ ſeriò mentis puritatem, cordiſq; mũditiam amplectuntur, & ſequuntur. Prætermitto illam *pacem Dei*, vt appellat Apoſtolus, *exuperantem omnem ſenſum*, quarumcunque voluptatum huius vitæ, ſic, vt exiſtentes in terra, vt loquitur Sapiens, iugi, & cœleſti conuiuio quodam perfrui videantur. Et ſi omnium virtutum proprium eſt, afferre quendam voluptatis ſenſum eam exercenti, quas delitias exiſtimamus afferre ſecum hunc generoſum, & diuinum virginitatis actum? quem mox comitantur tot aliæ virtutes principes, & ſingulatim perfectus Dei amor: in quo puræ iſtæ animæ, velut in portu tranquillo ſumma pace, & ſecuritate conquieſcunt. Verùm hoc totum non eſt niſi initium, & exigua quædam particula pleni, & exuberantis præmij quo nunc fruuntur in cœlo, ſicut Deus per Prophetam loquens de mercede hominibus caſtis, & virginibus reddenda, ſub nomine Eunuchorum indicauit. *Dabo eis*, inquit, *in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis, & filiabus, nomen ſempiternũ dabo eis, quod non peribit.* Hi ergo nõ ſolũ habitabũt in domo Domini,

Phil 4.

Prou. 18.

Eſa. 56.

sed erunt in ea ob excellentem quandam dignitatem cæteris illustriores: neque verò in istis splendoribus sanctorum vila ratione vel imminuetur, vel offuscabitur eorum claritas, sed potius augescet, magis, magísque splendescet. De hoc loco & nouo nomine, quod in domo Domini habebunt, apertiùs scripsit S. Ioannes, agens de glorioso Virginum exercitu, vt supradictũ est, qui stabant vnà cum agno, dicítque eos frontibus inscriptum habuisse nomen ipsius agni, & item Patris eius cœlestis, eósque secutos agnum, quocunque iret. Vide quàm singulari honore, magnóque fauore Dominus hos suos electos speciatim afficiat, communicans illis diuinam, & ineffabile suum nomen: sic vt non solùm à nomine agni vocentur Christiani, verùm etiam à nomine Patris appellentur Dij. Verùm quas existimamus esse illas fęlices vias, illos amœnos colles, illos mõtes odoriferos, in quibus, vt dicit sponsa, spatiatur, & exultat hic cœlestis agnus comitante puriſſimo virginum choro? Quæ illa florida prata, qui specioſi illi, & nobiles horti, qui fontes dulciſſimi aquarũ viuentium sunt, per quos eundẽ deducit, in quibus mirabiliter pascit, recreat, & infinito gaudio ac consolatione eam perfundit? Gaudio, inquam, non huius sæculi vano, falso, & fallaci, nec gaudio aliorum beatorum non Virginum, sed gaudio virginum Christi proprio, multo omnibus illis sublimiorì

Apoc. 14.

Cant. 2. & 8.

miori,& longissimè ab aliis gaudiis distãti,quo cum summa pace, & iubilo cordis in omnem æternitatem exultant cũ Christo,de Christo,& in Christo.

8. Considera denique etiamsi in fœlici illa patria omnes cœlestes ciues æqualiter perfruantur societate agni, & ab eo inexplicabilibus deliciis infinitè honorentur, amentur, & exlàturẽtur,ac imprimis glorioſus ille chorus Apoſtolorum, deinde laudabilis numerus Prophetarum, rũ candidatus exercitus Martyrum, hinc ſplendidæ acies Confeſſorum, & ſanctarũ Mulierum:tamen inter hos omnes, qui diuino beneficio ſtola virginitatis ornati fuerint,maiori fauore, & beneuolentia excipientur,nobilioríque corona honorabuntur, & illuſtrabuntur: non ſecus quàm idẽ Dominus fecit Apoſtolis dum adhuc degeret in terra: licèt enim, vt ſacrum commemorat Euangelium, omnes vocaret ſuos amicos, & filios, omnéſque impensè amaret, tamen ſolus Ioannes virgo hanc habuit prærogatiuam, vt vocaretur diſcipulus dilectus: *Diſcipulus quem diligebat Ieſus.* Ille ſolus meruit caput ſuum in ſacrum Ieſu pectus inclinare, & os vitæ fonti adhibere: vnde ſalutari ſapientia repletus eſt,& arcanorum cœleſtium particeps factus, profundorúmque myſteriorum, quæ cum diuino Euangelio ſuo mundo patefecit. Talis ergo quoque prærogatiua erit in cœlo puriſſimarum Virgi- *Ioan. 20.*

num, vt ſuper alias omnes dicantur Domini dilectæ, imò ipſius Domini ſponſæ, ſicut de his in perſona ſuæ ſponſæ dixit cœleſtis ſponſus. *Adoleſcentularum non eſt numerus, vna eſt columba mea, perfecta mea.* Magnus verè numerus eſt glorioſi beatorum exercitus, ſed inter omnes vna columba eſt, & ſponſa dilecta, in qua dulcis ſponſus ſibi complacet, quæ eſt purus ille, perfectúſque, & reſplendens chorus Virginum. Hi ſunt, qui tam ſuauiter cantant nouum canticum, quod ab alio nullo cantari poteſt; nullus enim ad eorum poteſt attingere puritatem. Vide quàm immenſa ſit huius noſtri Dei bonitas, qui non patitur ſe ab hominibus vinci in liberalitate. Dixerat ipſe qui relinqueret propter ipſum patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut aliud quippiam, eum plus pro qualibet re recepturum. Hoc conſilium Domini ſecutæ ſunt prudentes virgines, abſtinendo propter ipſum à coniugio hominum, itaque Chriſtus pro mercede ſeipſum dedit eis in ſponſum, vt loco hominis poſſiderent Deum. Solent quoq; ſponſæ Regum eſſe Reginæ: itaque videre in ſuperna illa, & regia Hieruſalē has nouellas Regis cœli ſponſas, non eſt aliud, quàm cernere totidem reginas ſplendidis coronis ornatas, veſtibúſque aureis, gemmíſque immenſi valoris, & pulchritudinis præfulgidas, ab Angelis, totáque curia cœleſti honoratas. Harum nuptiarum

rum ſpiritualium fœlicitatem Apoſtolus ſimilitudine nuptiarum carnaliũ expreſſit dicens: *Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.* Nam haud ſecus anima virgo repudiatis omnibus huius mundi bonis, & illecebris, toto affectu adhæret Chriſto, illi ſoli viuit, ab eo ſolo regitur, ex eius ſpiritu concipit, & parturit. Qui verò alij ſunt partus ſanctarum virginum, niſi ſenſus quidam cæleſtes, cogitationes caſtæ, ſermones prudentes, opera ſancta, & actiones omni virtute conſpicuæ? Hæ ſunt prudentes illæ virgines, quæ obuiam ituræ ſponſo, non ſatis habuerunt, vt lampades earum virtute virginitatis coram oculis Dei lucerent, ſed inſuper operam dedêre, vt in cordium ſuorum vaſis geſtarent oleum humilitatis, non vanè ſe hoc dono efferendo, ſed laudem omnẽ, & gloriam in Deum transferendo, atque etiam pro proximis oleum miſericordiæ, & charitatis. Verè prudentes, quia cùm probè ſcirent, nec virginitatem, nec vllam aliam virtutem eſſe gratam Deo ſine charitate, lampades ſuas non ſolùm accenderunt, ſed etiam bonorum operum exercitatione ornârunt. O humanæ animæ, vnde vobis hæc contigit gloria, vt meruerit is eſſe ſponſæ illius, in cuius vultum deſiderant Angeli proſpicere? cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, cuius imperio totus hic orbis ga- Epheſ. 5.

paret? vt inquam, sitis mensæ illius conuiuæ, consortes regni, & participes gloriæ? Beatæ virgines illæ, quæ vti erant paratæ, ita dignæ inuentæ fuerunt, vt vnà cum sponso ad cœlestes nuptias intrarent: vbi choro virgineo stipatæ duce glorioſa Angelorum Regina, Virgine Virginum Maria sequuntur agnum quocunque se conuerterit, suauiter cantillantes: ipseque in suo nuptiali conuiuio illic degustandum præbet dulcissimum fauum mellis, vinum illud suum lacte mixtum, & manna absco-
ditum, cuius saporem ineffabilem, suauitatémque infinitam nullus comprehendere potest, nisi qui degustârit.

Cant. 5.
Apoc. 2.

COLLOQVIVM.

O Bone Iesu, ô cœlestis & immaculate agne, ô dulcis sponse, & animarum virginum corona, quis mihi dabit ibi tandem esse, vbi tu es vnicum bonum animæ meæ? Quis mihi tribuet, vt in cœtu illius candidi, & puri virginum chori tuas laudes decantare valeam, téque vnà cum illis comitari per splendidas illas vias, per plateas auro mundissimo stratas, & interesse quasi vnus ex illis glorioſis tuis nuptiis? O Deus meus, tu probè nosti hoc desiderare, pro hoc ingemiscere, & suspirare animam meam. Verùm quia hæc beneficia non sunt omnibus communia, *vnusquisque*, teste Apostolo,

1. Cor. 7.

suum

ſuum proprium donum habet, rogo te ſupplex, vt quoniam non ſolùm es agnus ſine macula, ſed etiam in mundum veniſti ad eluendas maculas noſtras, & expianda mundi crimina, digneris quoque mundare animam meam, & in tuo ſanguine lauare, primo ſuo candori eam reſtituens, vt in poſterum (velut vna ex virginibus prudentibus) virtutum, bonorumque operum exercitio ita poſſim meam lampadem adornare, vigilantérque aduentum tuum præſtolari, vt tuæ gratiæ beneficio, merear in fœliciſſimo conuiuio tuo, ſi non inter primos, ſaltem inter poſtremos locum obtinere.

DOCVMENTA.

1. AIt, *Euangelium:* Tunc, *id eſt, in die iudicij regnum cœlorum ſimile futurum decem virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis. Vnde diſcimus, hoc præſenti tempore, quod eſt ante diem iudicij, non poſſe certò cognoſci quæ virgines ſint prudentes, & quæ fatuæ. Multi enim extrinſecùs videntur prudentes, & intrinſecùs ſunt fatui, ſicut contrà multi exteriùs putantur fatui, ſed interiùs ſunt prudentiſſimi, de quibus ſcriptum eſt.* Nos inſenſati vitam illorum exiſtimabamus inſaniam, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei? *Quare non debemus ante illius diei aduentum alios iudicare, ſed nobis ipſis attendere, & nos ipſos iudicare, ne poſteà* Sap. 2.

postea iudicemur à Deo, conuenienter consilio Apostoli. Nolite ante tempus iudicare, quo-
1. Cor. 4. adusque veniet Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.

2. *Omnes hæ virgines lampades quidem habuêre, sed non omnes habuêre oleum. Quò significatur, sæpenumerò contingere, vt æquè improborum, ac proborum hominum opera videantur bona, & laudabilia extrinsecùs, sed tamen verè intrinsecùs quædam careant oleo, nempe interna gratia, & charitatis, quæ est in cordibus nostris, tanquam in vasis. Itaque boni, qui similes sunt virginibus prudentibus, præter bonorum operum lampades habent oleum gratiæ in conscientiis suis, secundùm il-*
1. Cor. 1. *lud Apostoli:* Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. *Et illùd*
Esai. 44. *Prophetæ.* Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. *Gloriam vocant gratiam, quia gratia est semen gloriæ. Contrà improbi, & Pseudochristiani, similes virginibus fatuis, non habent hanc gloriam in conscientia, sed tantùm foris in ore hominum. Quare & opera eorum apud Deum omni remuneratione carebunt, quoniam mercedem suam tantùm quæsierunt, & acceperunt in hoc mundo.*

3. *Hæ decem Virgines, de quibus locutus est Christus, tantùm erant Virgines, omnes in manibus habebant lampades, omnes similiter obuiam ibant sponso: nec tamen omnes ad salutem peruenerunt, quia quinque à*

cæle

zed by Google

cœlestibus nuptiis sunt exclusa. Vnde intelligimus, non satis esse ad salutem, abstinere à peccatis & bonis operibus vacare, sed verenda opera nostra, & vigilandum, discutiendamq; diligenter intentionem, ne fortè respectu commodi vel voluptatis propria facta sint, & quod foris in oculis hominum videtur laudabile, in oculis Dei sit reprehensibile, & mercede indignum, similesq; tandem efficiamur fatuarum virginũ, quæ, quia vanè se de virginitatis virtute iactârant, oleumq; humilitatis ex vasis cordium suorum temerè excluserant, meritò à Christo repulsam passæ sunt.

1. Virgines fatuæ oleo destitutæ dixêre lampades suas extingui. Vnde docemur, quod sit discrimen inter opera, quæ speciem quidẽ bonitatis præ se ferunt, reipsa tamen bona non sunt, & ea, quæ verè bona sunt, & perfecta. Nã licèt reproborum opera ad breue tempus videantur lucem quandam, & splendorẽ emittere, nihilominus tamen posteà vnà cum ipsis extinguuntur, eò quòd post hanc vitam lumen nullum præbeant. Verùm opera electorũ, lampadesq; prudentium, quia pietatis, misericordiæq; oleo fouentur, & aluntur, post hanc vitam, quando ex his tenebris ad æternam lucem transferentur, longè clariùs relucebunt.

5. Hæ Virgines cum lampadib. ornatis obuiã processerũt sponso. Vnde discimus, virginẽ Christi, si sponso velit placere, & ab eo ad nuptias eius introduci, debere esse similẽ lampadi benè concinnatæ. Nam sicut ad concinnandam, ornãdamq; lampadem requiruntur quatuor. Primò

vitrũ

vitri claritas, & nitor, Secundò copia olei. Tertiò flamma ardor, Quartò splendor: sic virgo chrystallina lampadis instar operam dare debet. Primùm, vt sit admodum pura, & munda mente, & corpore: Secundò vt ardeat puri amoris in Deum flamma, & omnem sensualem, & terrenum amorem excludat, Tertiò, vt animæ suæ vas plenum habeat oleo deuotionis, orandique studio impensè sit addicta: nam vt oleum efficit ardorem in lampade, sic oratio deuota diuini amoris flammam fouet, & conseruat, iuxtæ illud Prophetæ. In meditatione mea exardescet ignis. *Postremò debet resplendere alijs operum piorum exemplo, & exercere se maximè in humilitate, charitate, obedientia, contemptu sui, & omni honestate.*

5. *Sponso ad cœlestes nuptias ingresso, clausa est ianua. Tres sunt ianuæ, quas Dominus in hoc mundo apertas tenet hominibus, vt ingredi cœlum possint, quæ post iudicij diem omnino claudentur, vt nulli amplius in eas pateat ingressus. Prima est misericordiæ & veniæ, quæ nunc omnibus patet; Altera est gratiæ ad merendum, quæ in hac vita omnibus offertur. Tertia est gloriæ ad ingrediendum regnum, quæ nũc omnibus pœnitentibus aperitur. Itaque illis clausa erit ianua veniæ & meriti, qui in hac vita iacturam fecerunt temporis, quod eis concessum erat ad obtinendam veniam, occasionésque merendi vitam æternam neglexerunt.*

7. *Quoniam Christus Dominus noster tanti*

fecit

fecit hanc virginitatis virtutem, vt liquet, non modo ex consilio de ea dato, & exemplo suo, suaque purissima Matris, aliisque multis argumentis, verùm etiam ex eo, quòd in cœlo, vti reuelatum est Sancto Ioanni Euangelistæ, hic agnus immaculatus speciatim voluerit versari in comitatu Virginum: hinc facilè intelligere possumus, quantum cuique nostrùm studium impendendum sit, vt virtutem tam nobilem consequamur, vel certè, quoad fieri possit, proximè ad eam accedamus. Quocirca, & illi, qui hoc donum à Deo obtinuere, omni studio enitantur illud tanquam pretiosissimam margaritam conseruare. Qui verò hoc flore carent, & coniugij vinculo soluti sunt, cogitent consultiùs sibi fore, si deinceps in castitate viuant, vt saluti suæ studiosius vacare queant, quàm vt graui matrimonij iugo se subijciant. Qui denique iam ligati sint, conentur minimùm prater castitatem, & honestatem sui status obseruare consilium Apostoli, vt nonnunquam se contineant ex consensu ad aliquod tempus vt eò rectiùs spiritui, & orationi vacare possint. Ex alia parte, si animæ puræ, & castæ in altera vita à Christo ad tantum euehuntur honorem, & gloriam, eique tam singulari amore sunt vnitæ, cogita quàm execrabiles, & abominandæ futuræ sint in Angelorum, omniúmque beatorum præsentia infœlices illæ animæ, quæ vitijs carnis fuerint inuolutæ, & fœdatæ, quantáque indignatione, & 1. Cant. 7.

igno-

ignominia sint à conspectu Dei remouenda, & in profundissimum, sæuissimúmque gehenna infernalis incendium in æternum abijcienda, & deturbanda.

*

Finis Meditationum de B. Virgine, & Discursuum de Communi Sanctorum.

* *
*

INDEX

Digitized by Google

INDEX MEDITATIONVM ET DISCVRSVVM HVIVS partis.

MED. I. De conceptione B. Virginis matris Dei. pag. 19.

2. De Natiuitate B. Virginis. 45.

3. De Præsentatione B. Virginis. 73.

4. De desponsatione B. Virginis cum Ioseph. 96

5. De annunciatione B. Virg. 115

6. De Visitatione B. Virg. 144

7. De Purificatione B. Virg. 165

8. De Conuersatione B. Virg. post ascensionem filij, & de fœlici eius transitu ex hac vita. 189

9. De glorioſa B. Vir. assumptione. 212

10. De Natiuitate S. Ioannis Baptistæ. 238

Proœ-

Proœmium in Discursus de Communi Sanctorum. 276
Disc. 1. de Communi 12. Apostolorum. 281
Disc. 2. De Communi SS. Martyrum. 317
Disc. 3. De Communi S S. Confessorum. 350
Disc. 4. De Communi SS. Virginum. 384

FINIS INDICIS.

Digitized by Google

INDEX

Euangeliorum, Quæ Dominicis & Festis Diebus In Ecclesia secundù n vsum Romanum proponũtur, & in quatuor partibus meditationum P. Vincentij Bruni Societatis Iesu explicantur.

Collectus in Eorum gratiam, qui de his meditari, aut concionari volunt.

Dom. 1. Aduentus. *Erunt signa in Sole, & Luna* p. 2. med. 23. pa. 543.
Dom. 2.
Dom. 3.
Feria 4. Quatuor temporum, *Missus est angelus.* p. 1. med. 1. p. 1. & p. 1. med. 5. 115.
Feria 6. *Exurgens Maria.* p. 1. med. 2. & p. 4. 6. 144.
Sabbat. *Anno quinto decimo.* p. 1. 12. 158.
Dom. 4. *Anno quinto decimo.* p. 1. 12. 158.
In vigil. Nat. Christi. *Cùm esset desponsata* p. 1. 5. 34. & p. 4 med. 4. 94.
In Natiuit. Christi, *Exijt Edictum.* p. 1. 4. 43. item, *Pastores erant in regione eadẽ. med.* 5. 57.
In Fest. S. Stephan.
In Fest. S. Ioan Euangel.
In Fest. Sanct. Innocentium. *Surge, & accipe puerum* p. 1. 9. 115.

Dom.

Dom. Infra Octau. *Et erant pater, & mater mirantes.* par.1.8.99.
In circumcis. Dom. *Postquam Consummnti sunt dies octo.* p.1.6.64.
In vigil. Epiphan. *Defuncto Herode* p.1.9.115.
In Epip. Dom. *Cum natus esset Iesus.* p.1.7. 82.
Dom. infra Octa. *Cum factus esset annorum duodecim.* p.1 10.132. item, *& descendit cum ijs, & venit in Nazareth.* p.1.11.147.
In Oct. Epip. *Ecce agnus Dei.* p.1 15.201.
Dom.2. *Nuptiæ factæ sunt* p.1.16.213.
Dom.3. *Domine si vis potes me mundare.* p.1. 30. 471. item. *Cum autem introisset Iesus Capharnaum.* p.1.31.489.
Dom.4. *Ecce motus magnus factus est in mari.* p.1.23.337.
Dom.5.
Dom.6.
Dom. in Septuages.
Dom. in Sexages.
Dom. in Quinquages. *Cæcus quidam sedebat.* p.2.16.390.
Feria.4. Cinerum.
Feria. 5. *Domine puer meus iacet in domo paralit.* p.1 31.489.
Feria.6.
Sabbat. *Cùm sero esset factum.* p.2.3.57.
Dom. 1. Quadrages. *Ductus est Iesus à Spiritu* p.1.14.182.
Feria.2: *Et tunc mittet angelos suos* par.1.23. 144: Item *Ibunt hi in supplicium æternum.* Ibidem 24.578. item *iusti autem ibunt in vitam æternam* ibidem 25.600.

Feria 3. *Cum iatrasset Iesus Hierosolymam* p.2.22.489.
Feria 4. *Adhuc eo loquente ecce mater eius.* par.1.34.543.
Feria 5. *Egressus Iesus.* p.2.4.78.
Feria.6.*Est autem Hierosolymis.*p.1.27.396.
Sabbat. } *Assumpsit Iesus.*p.2.7.154.
Dom. 2. }
Feria. 2. }
Feria 3.
Feria 4.*Ascendens Iesus Hierosolymam.*par.2. 15.363.
Feria 5.*Homo quidam erat diues.*par. 2.22. 513.
Feria 6.
Sabbat.
Domini.3. Quadragef.*Extollens vocẽ quadam mulier.*p.1.34.543.
Feria 2.*Quãta audiuimus facta in Capharnaum.*par.1.35.560.
Feria 3.
Feria 4.
Feria 5. *Surgens Iesus de Synagoga.*p.1.22. 315.
Feria 6.*Venit Iesus in ciuitatem Samariæ.*pa. 1.18.240.
Sabbat. *Perrexit Iesus in montem Oliueti.* p. 2.10.233.
Dom. 4. Quadrag. *Abiit Iesus trans mare.* p.2.2.25.
Feria 2. *Propè erat pascha Iudæorum.*pa.1.17. 229.
Feria 3.

Feria 4. *Prateriens Ieſus*. par. 2. 11. 257.
Feria 5. *Ibat Ieſus in Ciuitatem*. p. 1. 32. 505.
Feria 6. *Erat quidam languens Lazarus*. p. 2. 14. 335.
Sabbath.
Domin. de paſſione.
Feria 2.
Feria 3.
Feria 4.
Feria 5. *Rogabat Ieſum*. p. 1. 33. 520.
Feria 6.
Sabbat.
Dom. Palm. *Cum appropinquaſſet*. par. 2. 19. 455. & par. 3. 1. 13.
Feria 2. *Ante ſex dies paſchæ*. par. 2. 18. 435.
Feria 3.
Feria 4.
Feria 5. *Ante diem feſtum paſcha*. p. 3. 5. 45.
Feria 6.
Sabbat.
Dom. Reſurr. *Maria Magdalena* par. 3. 54. 409.
Feria 2. *Duo ex diſcipulis*. par. 3. 56. 422.
Feria 3. *Stetit Ieſus in medio diſcipulorum*. p. 3. 57. 435.
Feria 4. *Manifeſtauit ſe iterum Ieſus*. par. 3. 52.
Feria 5 *Maria ſtabat ad monumentum*. par. 3. 55. 409.
Feria 6. *Vndecim diſcipuli abierunt*. pa. 3. 60. 467.
Sabbat.
Dom. in albis. *Cum eſſet ſermo die illa*. pa. 3. & 57.

Digitized by

57.& 58.435.& 447.
Dom 2.post Pascha.
Dom.3.
Dom 4.
Dom.5.
In feriis Rogat.
In die Ascens. Dom. *Recumbentibus vnde-cim.*pat. 3 61.478.
Dom.infra Octau.
In Vigil.Pentec.
Dom.Pentec.
Feria *2.*
Feria *3.*
Feria *4.*
Feria *5. Conuocatis Iesus duodecim* pa.2.1.3.
Feria *6.Factum est in vna dierum.* pa.1.24. 438.
Sabbat.*Surgens Iesus introiuit*.pa. 1.22.355.
In fest.Sanctiss.Trin. *Data est mihi omnis potestas.*par.3.60.467.
Dom.1.post.Pentec.
Dom.2.
Dom.3.
Dom.4.*Cum turba irruerent*.par.1.21.291.
Dom.5.
Dom.6.
Dom.7.
Dom.8.
Dom.9.*Cum appropinquaret Iesus.* pa.2.20. 465.
Dom.10.
Dom.11.*Exiens Iesus de finibus Tyri.* pa.1.5. 99.

Dom.12. *Magister quid faciendo vitam aternã possidebo.* par. 2. 13. 310.
Dom. 13.
Dom. 14.
Dom. 15. *Ibat. Iesus in ciuitatem qua vocatur Naim.* par. 1. 32. 505.
Dom. 16.
Dom. 17.
Feria 4. Quatuor temporum. *Respondens vnus de turba.* par. 2. 8. 176.
Feria 6. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus.* par. 1. 35. 520.
Sabbat.
Dom. 18. *Ascendens Iesus in nauiculam trãsfretauit* par. 1. 23. 337.
Dom. 19.
Dom. 20.
Dom. 21.
Dom. 22.
Dom. 23. *Loquente Iesu ad turbas.* pa. 1. 26. 377. & 25. ibidem. 362.
Dom 24.

IN FESTIVITATIBVS Sanctorum.

In vigilia S. Andrææ, *Stabat Ioan.* par. 1. 15. 201.
In fest. S. Andrææ. *Ambulans Iesus iuxta mare.* par. 1. 20. 273.
In Fest. Concep. B Virg par 4. 1. 19.
In Fest. D. Thom. Apost. *Thomas vnus de duodecim* par. 3. 58. 447.

In

In Conuerſ. D. Paul. *Dixit Simon Petrus*. pa. 2.13.311.
In Feſt. Purifi. B. Virg. *Poſtquã impleti ſunt dies Purgationis*. par. 1.8.98. & p. 4.7.165.
In Feſt. Matthiæ Apoſt.
In Feſt. S. Ioſeph. *Cum eſſet deſponſata* par. 1.3.30. & 4. par. 4. 96.
In feſt. Annunciat. B. Virg. *Miſſus eſt angelus*. par. 1.1. & par. 4. 5.115.
In feſt. Marci Euangeliſt. *Deſignauit Dominus*. par. 2.4.
In Feſt. Philip. & Iacobi.
In Feſt. inuent. Sanctæ Crucis.
In feſt. Apparitionis S. Michaëlis. *Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum*. p. 2.9.199.
In Nauit. S. Ioã. Baptiſt. *Eliſabeth. autem* par. 4.10.238.
In feſt. Petri & Paul. *Venit Ieſus in partes Cæſareæ*. par. 2.6.125.
In commemorat. S. Pauli. *Ecce ego mitto vos ſicut oues* par. 2.1.5.
In feſt. Viſitat. Mariæ. *Exurgens Maria*. pa. 1.2.19 & par. 4.6.144.
In Octa. Petri & Pauli. *Iuſſit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam*. par. 2.3.57.
In feſt. Mariæ Magdal. *Rogabat Ieſum quidam* par. 1.33.520
In feſt. Iacobi Apoſt. *Acceſſit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi*. p. 2.15.363.
In Transfigu. dom. *Aſſumpſit Ieſus*. p. 2.7. 154.
In feſt. S. Laurentij.
In Vig. Aſſump. Mariæ. *Loquente Ieſu ad*

turbas.p.1.34.545.
In feſt.Aſſumpt. Mariæ. *Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum.* p. 2.12.285.& p.4.9. 212.
In feſt.S,Barthol. *Exiens Ieſus in montem orare.*p.2.13.
In Natiu.B.Virg.*Liber generationis* pa.42. 45.
In feſt.Math *Vidit Ieſus hominem ſedentem in telonio.*p.1.20.274.
In feſt Michael.Archang.*Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum.*p.2.9.199.
In feſt.Simon & Iudæ.
In feſt. Omnium Sanctorum. *Videns Ieſus turbas* p.1.28.409.
In feſt.Præſentationis B.Virg pa.4.3.73.
In Com Apoſt.par.4.12.diſc.primus.281.
In Com.Martyr.p.4.12.diſc ſecundus.317
In Communi Confeſſor *Vos eſtis Sal terræ.* par.4.diſcurſus tertius 350.
In Communi Virg.*Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus.*par.4.12.diſcurſus quartus.384.
In Dedication.Eccleſię.*Ingreſſus Ieſus perãbulabat Iericho.* par.2.17.410.

FINIS.

Digitized by Google

R. P.

VINCENTII BRVNI, SOCIETATIS IESV.

BREVIS TRACTATVS DE SACRAMENTO POENITENTIÆ, CVM examine generali ad confessionem de tota vita

ET,

MEDITATIONE VNA pro Communione.

Nunc ex Italico in Latinum translata.

LVGDVNI,

Apud Hæredes GVIL. ROVILLII sub scuto Veneto.

M. DC. VII.

Digitized by Google

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ, EIVSQVE NECESSITATE.

AD consolationem eorum, qui verè pœnitentiam agere cupiunt, vt aliquam salutaris huius Sacramenti habeant notitiam, breuémque inctructionem, quomodo præparare se debeant ad consequendā gratiam, & remissionem peccatorum, quā Deus D.N. in eo communicare solet: Primò agam in genere de hoc Sacramento. Quid sit, quamque conueniens & necessarium sit ad Salutem nostram. Deinde quæ sint eius partes, de quibus in particulari breuissimè aliquid dicemus.

Pœnitentia itaque est Sacramentum à Christo institutum, in quo ministerio Sacerdotum remittuntur peccata actualia, & soluuntur omnia vincula ad culpam pertinentia, quibus hominis conscientia quodammodo fuit ligata: remittitur quoque pœna æterna, & pars pœnæ temporalis, vel etiam tota secundum dispositionem pœnitentis.

Certum est, si homo quando creatus fuit in statu innocentiæ, mansisset à pec-

cato immunis, non opus habiturum fuisse Sacramentis: at postquam præuaricatione diuini præcepti, cum tota sua posteritate miserabile naufragiũ fecit, necesse habuit vti Sacramentis. Et ideò clementissimus eius Creator in lege Euangelica Sacramẽtum Baptismi illi suppeditauit, tanquam primam tabulã, qua miser homo post fractam Innocentiæ nauem, conseruare vitã posset, & amissam gratiam recuperare.

Verum quia tot sunt tentationes, & pericula turbulẽti huius mundi, tantáq; fragilitas nostra, vt sæpe accidat, vt amissa prima tabula gratiæ baptismatis de nouo incipiamus miserabiliter submergi: noluit nos benignus Redẽptor noster altero remedio esse destitutos, & suppeditauit hoc Sacramentum pœnitentiæ, quasi secundã tabulam, qua æternæ mortis periculũ possemus euadere, & peruenire ad æternã salutem. Vnde colligi potest, quanta sit huius Sacramẽti necessitas, quippe quod, (vti Tridentium decreuit) non minus necessarium est ad salutẽ eorum, qui post Baptismum in peccatum mortale inciderunt, quàm sit necessarius Baptismus ad salutẽ eorum, qui nondum sunt regenerati. Quare, sicut de nõ regeneratis ex aqua & Spiritu Sancto scriptum est, quòd non introibunt in regnum cœlorum: Sic qui post amissam innocentiam baptismalem, negligent tabulam pœnitentiæ, nullam spem habere possunt salutis æternæ.

Fuit

Fuit quoque Sacramentum hoc, remedium conuenientissimum, & valde congruenter nostræ infirmitati à cœlesti medico inuentum; qui admodum bene exploratam habebat debilis, & infirmæ nostræ naturæ conditionem.

Vnde & pro sua infinita sapiẽtia illi opportuna remedia, prauæ dispositionis cõtraria, prouidit, cõstituens, vt sicut primus homo post commissum peccatũ se abscõdit, & coram Deo peccatum excusauit; ita, si vellet redire in gratiam, peccatum manifestaret, vt seipsum corã hominibus accusaret. Et, sicut peccator per diuini præcepti transgressionem superbè se exaltauerat, restiterat ipsi Deo, ita si obtinere vellet remissionem, humiliaret se, & ad pedes vnius hominis se abijceret.

Rursus sicut homo peccando iniuria & contumelia affecerat Deum, ita si vellet obtinere veniã, aperiret, & patefaceret turpitudinem suam, ac pudore se ipsum corã hominibus suffunderet. Denique vt quas res homo inordinatè amauerat, & ex quibus voluptatem acceperat, eas veniẽdo ad pœnitentiæ Sacramentum detestaretur, & summo odio prosequeretur.

Ex altera parte, etiamsi pœnitentiæ radices primo aspectu videantur duræ, & amaræ, tamẽ propter maxima, quę ex ea homo habet præsidia, fructus eius sunt dulcissimi, & suauissimi. Pœnitẽtia enim nos gratiæ diuinæ restituit, & arctissima amicitia

nos denuò Christo coniungit. Quæ reconciliatio, in iis qui deuotè hoc Sacramentum recipiunt, maximam conscientiæ pacẽ, & tranquillitatẽ cum summa Spiritus iucunditate coniunctam procreare solet.

Cùm ergo diuinum hoc remedium tam vtile, & fructuosum sit animabus nostris, meritò deberet omnis homo Christianus (cui sua salus cordi est) quamprimum animaduertit se aliquod peccatum graue, & mortale incurrisse, sine mora accurrere ad hunc diuinæ misericordiæ fontem, & hoc non modò semel in anno, verùm etiam sæpius propter ingentia commoda, quæ anima nostra inde accipit, & propter magna pericula, quibus se exponunt, qui peccata sua sinunt inueterascere.

Quatuor enim mala sunt, & damna, quę animæ inferuntur à peccato mortali.

Primum est, quotiescunq; homo est in peccato mortali, & denuò idem cõmittit, illud, etsi easdẽ circunstantias habeat, priore tamen efficitur grauius, & consequenter tertium est grauius secundo, & quartũ tertiò, & sic deinceps magis, magisq; crescit culpa, & pœna cuiusque peccati in infinitum. Causa huius rei est, quòd quò Deus plus temporis peccatori concedit ad conuersionem, hoc magis crescit eius ingratitudo diuino beneficio abutentis, & quotidie Deum nouis peccatis offendentis.

Secundum malum est, quòd dum hõmo vnum peccatum commisit, viam parat ad

ad facilè committendum alterum: nam, vt dicit S. Gregorius, tanta est peccati grauitas, vt si non corrigatur, subitò suo pondere hominem trahat ad committendum aliud, & hoc ac tertiũ, & tunc deinceps, donec quædã sit peccatorũ catena, quasi multorum annulorum, quorum vnus trahit alium, vt qui trahit vnum, trahit omnes. Sic etiam homo, si in peccatum lapsus, nõ ilicò resurgat, paulatim in multa alia peccata dilabetur.

Tertium damnum est, quòd homo existens in peccato mortali, iacturam facit omnium bonorum operum suorum: nihil enim prosunt ad promerendam vitam æternam. Et quamuis posteà redeat in gratiã, non tamen idcirco prodesse incipiunt. Quare, nec eleemosynę, nec orationes, nec ieiunia, nec indulgentiæ, nec martyrium ipsum pro Christo susceptum, illi prosunt, si eum peccatorum suorum non pœnitet, prosunt verò tantum ad obtinenda bona temporalia, & pro dispositione ad pœnitentiam impetranda.

Quartum damnum est, quòd peccatum magis, magísque paulatim misericordiæ diuinæ portam occludat, vt tandem vix spem relinquat veniæ à Deo obtinendæ. Quod enim refugium superesse potest homini in peccatis perseueranti, nisi paululũ spei, quòd fortè Deus eius miserebitur? Iam, quò diutiùs persistit in peccato, eò magis discedit à misericordia diuina, &

pro-

propiùs accedit ad diuinã iustitiam, prouocando magis, magísq; Dei iram, vt vindictam sumat de peccatis.

Denique sicut videmus in rebus externis euenire, quò diutiùs macula aliqua panno inhæret, hoc difficilius postea tollitur, similiter quo homo rariùs pectit, & purgat capillos, hoc magis implicantur, & sordibus replentur: sic quo anima longiùs differt se expurgare per Confessionem, eò difficiliùs postea se expurgat, & ob multitudinem peccatorum magis intricat, tantáque anxietate obruitur, vt ne à docto quidem Confessario excitari possit. Ac, quod amplius est, gignit, & nutrit in se vermem conscientiæ, quem & si in hac vita non sentit, tamen in hora mortis crudeliter mordentem sentiet, & multò ampliùs posteà in futuro sæculo, vbi Vermis iste nunquam moritur, nec ignis, qui eum combusturus est, extinguitur. *Isa. vlt.*

De partibus Pœnitentiæ.

TRes sunt partes integrales pœnitentiæ Sacramenti. Contritio, Confessio & Satisfactio. Nam sicut homo tribus modis peccat, & Deum offendit, nempe, corde, verbo, & operæ, sic conuenit vt clauibus Ecclesiæ se subijciat, ipsis rebus, quibus Deum offendit, & iram Dei auertere studeat, primo Contritione cordis, secũdo Cõfessione oris, tertio Satisfactione operis.

Et

Et hæ tres partes neceſſariæ ſunt ad perfectionem huius ſacramenti. Nam ſicut corpus humanum conflatum eſt ex pluribus membris, vt manibus, pedibus, oculis, aliiſq; partibus, quarũ ſi vna deeſſet meritò dici poſſet imperfectum: eodem modo pœnitentia ſic compoſita eſt ex tribus partibus, vt ſi vna deeſſet, opus eſſet dicere perfectioni eius aliquid deeſſe.

DE PRIMA PARTE POENITENTIÆ quæ eſt Contritio.

CONtritio eſt dolor animi, & deteſtatio peccati commiſſi (quatenus eſt offenſa Dei ſupra omnia amati) coniuncta cum firmo propoſito mutandi vitam, & in futurum nunquam peccandi.

Vnde ſequitur, non eſſe ſatis homini ad acquirendam gratiam, aut tantùm abſtinere à peccatis, aut tãtùm propoſitum facere de mutanda vita, ſed neceſſarium eſt, vtrumque, hoc eſt, vt doleat deteſtetúrque vitam anteactam, & firmiter conſtituat in animo non ampliùs peccare. Neque neceſſarium eſt, vt dolor ille ſit ſenſibilis (etſi quando haberi poteſt, valdè bonus ſit, & vtilis) ſed ſatis eſt, vt ſit in voluntate, quæ & abhorreat à peccato commiſſo, & nolit in poſterum admittere.

Debet tamen dolor ille eſſe maximus, & omni alio dolore maior. Nam ſicut Deus quia eſt ſummum bonum, debet

ama-

amari ſupra omnia, eiúſque amor anteponi debet omnibus rebus: ſic peccatum, quo Deum offendimus, quia eſt ſummum malum, debet odio haberi ſupra omnia: ſic vt ob nullam rem huius mundi, imò nec ad propriam vitam tuendam, licitum ſit vnquam peccare, cùm dicat Dominus. *Qui amat patrem, vel matrem plus, quàm me, non eſt me dignus. Et: Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere perdat eam.* Matth. 8. Verùm deberet homo potiùs pati quidlibet, quàm offendere Deum, vel in poſterum velle offendere.

Denique neceſſarium eſt, vt pœnitens oderit omnia peccata commiſſa, & de illis doleat. Nam ſi de aliquibus tantum doleret, & non de omnibus, non eſſet vera pœnitentia, ſed ficta, & ſimulata: cùm dicat S. Iacobus. *Quicunque totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno factus eſt omnium reus.* Iacob. 2.

Præterea vt Contritio ſit vera, non ſufficit, vt homo doleat de peccatis præteritis, ſed facere debet firmum, & ſtabile propoſitum omninò emendandi vitam ſuam. Legimus enim ſæpius in Euangelio, Dominum, poſtquàm aliquem ſanaſſet, alióve beneficio affeciſſet, ſubiunxiſſe: *Vade & noli amplius peccare.* Ioan. 8.

Ad hanc contritionem quoq; pertinet (ſi peccatorem verè pœniteat, proponátque vitæ emendationem) velle ſatisfacere omnibus, quos aliquo modo offenderit, ſiue in vita, ſiue in facultatibus, ſiue in

Digitized by Google

honore. Nam ſicut aſſerit S. Auguſtinus. *Nõ dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum:* Remittere quoque liberè, & condonare iniurias ab alijs illatas, cùm Chriſtus dixerit, *Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, Pater quoque cœleſtis dimittet vobis peccata veſtra. Si verò non dimiſeritis eis, nec pater veſter vobis dimittet peccata veſtra.* *Epiſt. 54.* *Matth. 6.* *Marc. 11.*

Poſtremò ad perfectionem huius virtutis neceſſarium eſt, vt homo habeat propoſitum confitendi omnia peccata ſua, minimùm mortalia, & faciendi pœnitentiam quam pro illis ſacerdos iniunxerit.

DE II. PARTE Pœnitentiæ quæ eſt Confeſſio.

SEcunda pars Pœnitentiæ eſt Confeſſio. Nam etſi contritio, ſi vera ſit, ex ſe vim habeat expiandi peccata, tamen quia Pœnitens non poteſt verè dici contritus, ſi nõ habeat propoſitum confitendi, & ſæpè cõtingit, vt non habeat tam perfectum dolorem, qui ſine Confeſſione ſufficiat ad impetrandam peccatorum veniam, & recuperandam gratiam, idcirco neceſſe eſt, quantum fieri poteſt, confiteri Sacerdoti, vt virtute clauium peccata dimittantur.

DE

De Conditionibus Confessionis.

Quatuor sunt principales conditiones Confessionis vt sit valida, nempe, vt integra, diligens, fidelis, & obediens.

Primò debet esse integra. Necessarium enim est Sacerdoti manifestari omnia peccata mortalia, quæ quis commisit, & quorum potuit recordari, explicando vnumquodque in particulari secundùm suã speciem, & numerum, vt infrà dicetur, sic vt Confessarius cuiusque grauitatem possit intelligere, & dignoscere, sítne mortale an veniale. Quod verò ad peccata veniale attinet, etsi hominem non priuent gratia Dei, & sine peccato possint taceri, nihilominus valdè vtile est ea quoque confiteri, vt demonstrat vsus piorum, & spiritualiũ hominum.

Secunda Conditio est, vt sit Diligens, hoc est, vt homo, antequàm ad Confessionem accedat, diligenti conscientiæ examine ad eam se præparet, ad quam diligentiã alij plus, alij minùs obligantur, prout ratio temporis quo confessus non est, vel conditio, & occupatio hominis postulauerit.

Tertia est, vt sit Fidelis, id est, vera, & syncera, nempe, vt neque omittat confiteri vllum peccatum quod commiserit, nec vllum confiteatur quod non commiserit, sed

ſed dicat dubia pro dubijs,& certa pro certis: Debet quoque eſſe fidelis,hoc eſt,nuda & ſimplex,non artificiosè compoſita,aperiendo ſyncerè omnia peccata, non excuſando, tegendo,vel extenuando rem vllam *Humilibus enim*, vt alicubi ſcriptum eſt, *Deus dat gratiam*. 1.*Pet.*5.

Quarta, & vltima Conditio eſt, vt ſit Obediens,hoc eſt,vt Pœnitens habeat propoſitum faciendi quicquid ei Confeſſarius iniunxerit, vt videlicet peccatorum ſuorũ remedia,quæ ille ſuggeſſerit, acceptet, vt omnes fugiat occaſiones, quæ ab eodem prohibitæ fuerint, ſimiliter vt reſtituat, ſi quam rem alienam retinet, aut ſatisfaciat omnibus ijs,quibus aliquid debet,& denique vt æquo animo pœnitentiam ſuſcipiat quæ à Confeſſario imponetur.

DE MATERIA CONfeſſionis, hoc eſt,de rebus quas tenemur confiteri

Et Primò de ſpeciebus Peccatorum.

PRimùm debet Pœnitens in particulari confiteri omnes ſpecies peccatorum mortalium; & vt poſſit cognoſcere, quid ſit peccatum Mortale,vel non,ſciat omnia peccata, quæ ſunt contra aliquod particulare præceptum Dei,vel Eccleſiæ,communiter

niter esse mortalia. Et omne illud quod in re magni momenti est contra amorem, vel honorem Dei, vel quod redit in graue dánum proximi, est peccatum mortale, quod in Cõfessione debet manifestari. In quauis verò specie peccati, non solùm confitendũ est, quid opere, sed etiam quid cogitatione & locutione commissum sit.

In Peccatis cogitationis tribus casibus peccatur mortaliter. I. Quando cogitationi de peccato mortali quis præbet assensum, executionique mandaret, si haberet occasionem, etiam si postea non exequatur.

II. Quando quis non habet quidem voluntatem exequendi, sed vult immorari in praua illa cogitatione, expressè valendo delectari in illa.

III. Etsi homo non se determinet, nec habeat expressam voluntatem se delectandi, tamen cùm illi obiicitur praua cogitatio, & cognitam non abiicit, sed immoratur, & delectatur in illa, quod peccatum propriè vocatur Delectatio morosa.

DE NVMERO

Peccatorum.

PRæter species peccatorum, confiteri quoque debemus numerum, hoc est, quoties tale peccatum commiserimus, & si non meminerimus numeri, plus minus quantum memoriæ occurret, aperiendus est.

Digitized by Google

est. Et si nullo modo occurrat, dicat quanto tempore in peccato illo perseuerauerit, & an solitus sit illud committere, quotiescunque dabatur occasio, & an occasio talis quotidie, vel aliquibus tantum vicibus in hebdomade oblata fuerit, patefaciendo quot vicibus id acciderit.

DE CIRCVMSTANTIIS *Peccatorum.*

PRæter species, & numerum peccatorũ, oportet quoque confiteri circumstantias, quæ in genere possunt reuocari ad quatuor capita.

Quorum primum est, quando circumstantia facit, vt peccatum quod est veniale, fiat mortale, vt si quis ioco quippiam eripuisset alteri, vt prouocaret eum ad blasphemandum, aut si furatus esset vnum album, cum intentione plura furandi, si potuisset: quę voluntas facit, vt actus qui erat venialis, fiat mortalis. Item cum quis facit aliquid cum conscientia erronea, putans esse mortale, quod tantum est veniale, nam tali casu fit mortale.

Secundùm est, quando circumstantia mutat speciem peccati, vt videlicet actus, qui primo erat vnius speciei, fiat peccatum alterius speciei, vel duarum specierum. Nam v. g. peccatum carnis commissum cum coniugata, est adulterium, cum religiosa,

gioſa, vel per votum obligata, eſt ſacrilegium.

Tertiũ, quando circumſtantia multiplicat peccatum, nempe, vt idem actus plura in ſe contineat peccata, vt ſi quis veſcatur carnibus die Veneris in Quadrageſima, aut ſi quis opere comitens vnum peccatum, mente, & intentione committat alterum.

Quartum eſt, quando neceſſarium eſt explicare circumſtantiam propter Satisfactionem, quam pœnitens debet peragere, nempe, cum peccato coniunctum eſt aliquod ſcandalum, aut graue damnum, aut iniuria proximi, cui homo fortè obligaretur ad ſatisfactionem aliquam.

Verùm vt homo poſſit magis in particulari cognoſcere has circumſtantias, quas tenetur confiteri, animaduertat has 7. circunſtantias, præcipuè in confeſſione aperiendas.

Prima eſt perſonæ quæ peccat, vel cum qua peccatur, an ſit libera, vel ſerua, virgo, vel coniugata, religioſa, ordini ſacro, vel alij voto obſtricta, an affinitate vel conſanguinitate cum altera perſona iuncta.

II. Eſt facti, quod homo committit cõtra legem Dei vel proximi, quantum fuerit, verbi cauſa, furatus, multúmne an parum, magnam rem an paruam.

An offenderit perſonam magnæ authoritatis, nec ne.

III. eſt loci, quam tribus caſibus oportet

tet confiteri, nempe, quando homo vel furatus est, vel effudit sanguinem, vel semen proprium cum peccato in Ecclesia, vel loco sacro.

IIII. Est mediorum, quibus homo vtitur in peccato committendo, vt an alios prouocarit vt socij, vel adiutores essent in peccato committendo, qui non erant parati ad peccandum, aut si vsus sit rebus sacris aut alijs rebus vetitis ad peccandum.

V. Est Finis, quem homo in peccato intendit, vt quando furatur arma ad aliquẽ occidendum, vel occidit aliquem ad furandum vel adulterandum. Et similiter, quando quid dicit vel facit, ad inducendum alios ad peccatum, vel propter quemcunq; alium peruersum finem & intentionem.

VI. Est modi, quem tenet in peccando. Nûm peccarit occultè, ac publicè cum scãdalo aliorum. An inferendo vim, vt faciunt publici prędones, vel alijs modis, qui contingere possunt.

VII. Et vltima circumstantia est, Temporis, vt si sub pœna excommunicationis prohibitum esset, né quis certo tempore furaretur, aut iuraret falsum, aut aliud peccatum committeret, tali casu non esset satis confiteri peccatum, sed obligaretur etiã confiteri, quo tempore peccauerit.

Denique etiamsi peccare die festo non sit circumstantia necessariò confitenda, tamen si quis in præcipuo aliquo festo, vt in die Paschę, die Veneris sãcto, vel eo tẽpore

quo

quo homo à Deo ſingulare aliquod recepit beneficium, enorme aliquod ſcelus patraret, ſecuriùs videtur ſi talis circumſtantia, quæ valde aggrauat peccatum, aperiatur.

QVANDO CONFESSIO SIT NULLA, & iteranda.

PRimus Caſus eſt, Defectus Examinis, quando Pœnitens multis grauioribus peccatis, & multo tempore non confeſſus, ante Confeſſionem conſcientiam ſuam non examinauit, nec aliquod ſtudium adhibuit reuocandis in memoriam peccatis. Quo caſu ſi Confeſſarius non ſupplet defectum Pœnitentis, Confeſſio nulla eſt: nam neceſſariò aliquod peccatum, quod memoriæ non occurrerit, prætermittet, quod per inde eſt, ac ſi ex induſtria prætermiſiſſet.

Secundùs eſt, quando Pœnitens in materia peccati mortalis in Confeſſione mentitur.

Tertiùs, quando ſtudio omittit peccatum aliquod mortale, vel quod iudicabat eſſe mortale: nâ ſi non iudicaſſet eſſe mortale, tum ſatis eſſet illud ſeparatim confiteri, non repetita tota Confeſſione priore.

Quartus, quando pœnitens non habet firmum propoſitum relinquendi aliquod peccatum mortale, vel occaſionem illius peccati, in quo ſe eſſe deprehendebat.

Quintus,

Quintus, quando Pœnitens incurriſſet excommunicationem, idque ſciens, non tamen curaſſet ſe priùs ab excommunicatione abſoluí.

Sextus, quando Confeſſarius eſt impetitus, & Pœnitens rationem benè confitendi ignorat, & cùm ſciat Confeſſarium eſſe imperitum & inidoneum, tamen vult ei confiteri. Veriſimile eſt hoc caſu multos errores committi, quorum ratio habenda erat.

Septimus, quando Confeſſarius nō habet poteſtatem abſoluendi, vel quia caret iurisdictione, vel certè, quia eſt publicè excommunicatus, idq; Pœnitens non ignoraret.

In his omnibus caſibus Pœnitens non ſolùm tenetur de nouo iterare Confeſſionem; ſed etiam propter contumeliam, quam malè confitendo intulit Sacramento, commiſit ſacrilegium, quod eſt peccatum grauiſſimum.

SEQVITVR EXAMEN in Præcepta Decalogi, in quibus comprehenſæ ſunt aliæ omnes materiæ, in quibus poteſt peccari mortaliter.

Circa primum Præceptum, quod eſt Colere Deum ſuper omnia.

Circa Fidem. An crediderit omnia, quæ S. Romana Eccleſia credit, vel

certè habuerit opinionem in aliqua re fidei Romanæ contrariam.

An verbis vel signis externis infidelitatem aliquam, vel hęresim prodiderit, vel probarit.

An fuerit nimiùm curiosus in inuestigandis rebus fidei, & an de aliquo fidei articulo dubitauerit.

An apud se habuerit, vel legerit libros hæreticorum, aliósve libros ab Ecclesia prohibitos.

An sciuerit orationes, aliáque necessaria quæ quisq; Christianus scire tenetur, vt sunt mãdata Dei, Dominica oratio, Credo, & mysteria principalia fidei.

An vsus sit aliquo genere superstitionum, incantationum, & diuinationum per se, vel alios.

An schedulas superstitiosas apud se habuerit, ad sanitatem, aliámve rẽ obtinendam; & an alios induxerit ad earũ vsum.

An fidem habuerit somniis vel auguriis, accipiendo illa pro regula actionum suarum.

An nimium præsumendo de diuina misericordia commiserit aliquod peccatum, vel in malo perseuerarit, differendo emendationem.

An in rebus aduersis fiduciam potiùs in creaturis, & auxilio huius mundi, quàm in Deo collocarit.

An diffidendo misericordiæ diuinæ desperauerit de emendatione vitæ, vel remissio

missione peccatorum obtinenda.

An murmurauerit contra Deum, conquerendo, quasi non esset iustus, vel reprehendendo eius prouidentiam.

An per timorem aliúmve respectum humanum cogitauerit offendere Deum, aut non facere, quod pro suo officio, & Dei seruitio facere tenebatur.

An auersionem cum quodam horrore à Deo habuerit, & rebus diuinis ad salutẽ suam pertinentibus.

An maledixerit, vel blasphemauerit Deum, aut Sanctos, aliasque creaturas.

An exposuerit se periculo peccandi mortaliter, vel an cõplacuerit sibi in peccato olim commisso.

An persecutus sit, & calumniatus hominibus piis, detrahendo bonis eorum operibus & impediendo, ne illa facerent, & sigillatim impediuerit aliquem, ne ingrederetur religionem.

CIRCA II. PRÆceptum.

Non assumes nomen Dei tui in vanum.

AN iurauerit falsum, sciens esse, vel certè dubitans esse mendacium, siue ioco factum sit, siue de re leui.

An iurauerit, promittendo rem licitam, quam postea non obseruârit, aut in-

tentionem habuerit non seruandi cùm iuraret.

An causam dederit alicui, vt falsum iuraret, vel non obseruaret iuramentum licitum.

An iurarit, adiuncta maledictione, v. g. auferat me diabolus, tale vel tale malum mihi eueniat, si non fecero, &c.

An iuratit se malum aliquod, vel peccatum commissurum, aut nihil boni facturum.

An iurauerit minando alicui, sine intentione exequendi iuramentum.

An in iudicio iurauerit falsum, vel iuridicè interrogatus non responderit conformiter intentioni iudicis, vel consilium dederit aliis id faciendi. Quo casu non solùm peccat mortaliter, verùm etiam obligatur ad restitutionem, si inde secutum est aliquod damnum proximi.

An habuerit consuetudinem sæpè iurandi, non curando aut considerando, nũ verè vel falsò iurarit.

An fecerit votum faciendi aliquod bonum, & non curarit exequi, vel executionem distulerit in longum tempus.

An vouerit aliquid, cum intentione nõ adimplendi votum.

An vouerit se nihil boni acturum, aut aliquid mali acturum, aut bonum quidem acturum, sed propter malum finem.

CIR

CIRCA III. PRÆceptum.

Memento vt diem Sabbati ſanctifices.

AN dies feſtos violauerit, faciendo, vel mandando aliis opera prohibita ab Eccleſia, vel conſentiendo illis qui faciunt.

An neglexerit audire Miſſam integram diebus feſtis, quæ ſunt in præcepto, ſine cauſa legitima, vel cauſam aliis dederit eam negligendi.

An per notabile temporis ſpatium in Miſſa fuerit voluntariè diſtractus, loquẽdo, ridendo, vel occupãdo ſe in rebus inanibus.

An curarit ſubditos ſuę curę ſubiectos, diebus feſtis intereſſe ſacrificio Miſſæ.

An confeſſus ſit minimum ſemel in anno, aut non curarit, vt idem facerent omnes ſuæ curæ ſubiecti.

An confeſſus ſit ſine antegreſſo examine conſcientiæ, vel ſine propoſito deferẽdi aliquod peccatum, vel ex pudore humano, aliáve de cauſa reticuerit aliquod peccatum.

An quouis anno tempore Paſchæ communicarit, eáque diſpoſitione qua oportet.

An cum conſcientia certa, vel dubia peccati mortalis receperit, vel admini-

ſtrarit aliquod Sacramentum Eccleſiæ.

An ieiunarit per Quadrageſimã, Vigilias, & Quatuor tempora cum ſit obligatus: & an iis diebus vſus ſit cibis prohibitis: aut alius cauſam dederit idem faciendi.

An propter gulam non curarit tranſgredi aliquod præceptum, & an intemperantiùs comederit, vel biberit cum notabili damno ſanitatis; & an ſponte ſe inebriauerit.

An violauerit Eccleſiam aliquo peccato carnis, vel effuſione ſanguinis.

An incurrerit aliquam excommunicationem, vel excommunicatus, particeps fuerit alicuius Sacramenti, aut interfuerit officio diuino, aut verſatus ſit cum excommunicatis.

An contumelia aliqua vel irreuerentia affecerit imagines, reliquias ſanctorum, aliáſve res ſacras.

An obligatus ad recitandum Breuiarium, omiſerit recitare, ſiue totum, ſiue partem, & an recitando illud fuerit volũtariè diſtractus.

An ex pigritia vel tædio rerum ſpiritualium bonum aliquod opus, quod facere tenebatur, omiſerit.

CIRCA IIII. PRÆceptum.

Honora patrem & matrem.

AN paruo honore affecerit patrem & matrem, contemnendo illos, vel offen

fendendo factis, vel verbis contumelioſis.

An maledixerit Patri vel matri, vel in eorum abſentia eos execratus ſit, & dedecore affecerit.

An obediuerit parentibus vel ſuperioribus in rebus iuſtis, vel iis rebus quæ cedere poterant in damnum notabile, vel domus, vel animæ propriæ.

An parentibus in neceſſitate exiſtentibus, cùm poſſet, ſubuenerit.

An deliberatè optauerit eorum mortem, ad obtinendam hæreditatem.

An executus ſit teſtamenta, & vltimas voluntates defunctorum.

An ex nimio parentum amore, parui penderit offendere Deum.

An non obſeruauerit leges iuſtas, & ſtatuta ſuperiorum.

An detraxerit, vel malum aliquod dixerit de ſuperioribus Eccleſiaſticis, vel ſecularibus, aut etiam de religioſis, ſacerdotibus, Magiſtris, Doctoribus.

An non ſubuenerit, cùm poſſet, pauperibus, maximè in extrema vel graui neceſſitate, & an durus nimis fuerit, & crudelis erga eos, tractando eos aſperè, vel verbis vel factis.

An parentes maledixerint ſuis filiis.

An educauerint eos, ſicut debent, inſtruendo eos in orando, & doctrina Chriſtiana, reprehendendo quoq; illos & caſtigando, maximè in materia peccati, oc-

cupando etiam illos honesto exercitio, ne sint otiosi, & vias ingrediantur malas.

Quod dicitur de filiis, intelligitur quoque de seruis & aliis domesticis, quorum curam habere tenetur, vt nempe, discant necessaria, & obseruent mandata Dei atque Ecclesiæ.

CIRCA V. PRÆceptum.

Non occides.

AN aliquem habuerit odio, cum desiderio vindicandi se, & quanto tempore in eo perseuerarit.

An optauerit alicui mortem, vel aliud malum graue, & damnum corporis, famę, honoris, bonorum tam temporalium, quā spiritualium.

An ira commotus fuerit in aliquem, cum intentione nocendi illi, vel vindictā sumendi.

An contendendo cum aliis, verberauerit aliquē vel vulnerauerit, vel occiderit, aut commiserit aliis, vt facerent, vel quod suo nomine ab aliis erat factum, approbauerit, vel ad id dederit auxilium, consilium, aut fauorem.

An noluerit veniam petere, vel pacem inire cum iis quos offendit, vel pro iniuria illata non sufficienter satisfecerit.

An

An noluerit condonare iniuriam ab aliis illatam.

An ex odio omiserit alloqui, vel salutare aliquem, vel sine odio quidem, sed cum proximi scandalo.

An in rebus aduersis, & infortunijs optauerit mortem, aut ex furore, & ira seipsum verberauerit, vel maledixerit, vel diabolo tradiderit.

An maledixerit aliis, tam viuis, quàm defunctis, & qua intentione.

An seminauerit zizania, excitando discordias, & inimicitias inter alios, & quod malum inde secutum sit.

An ex odio vel inuidia, immoderata tristitia affectus fuerit de prosperitate aliorum, tam temporali, quàm spirituali, & an gauisus fuerit de aliquo malo, vel damno notabili aliorum.

An ex ira offenderit alios verbis iniurijs, & contumelijs.

An aliis sit adulatus, laudando eos in re, quæ erat peccatum.

An malo suo exemplo, vel consilio, vel laudando mala, & detestando bona, causam dederit, vt aliquis bonum opus, quod faciebat, omitteret, vel incitauerit ad cõmittendum aliquod peccatum, aut ad perseuerandum in illo, retrahendo eum à pœnitentia.

An correxerit eos, qui in sua præsentia peccarunt, aut Deum blasphemarunt.

An omiserit admonere aliquem, de pec-

cato, probabiliter sciens sua admonitione emendandum.

An hospitio exceperit exteros, & homicidas, vel consilio, fauore, aliisve modis illis subuenerit.

An mali aliquid dixerit de proximo, patefaciendo aliquem occultum eius defectum, cum infamia, vel damno illius.

An verberauerit iniuriosè personam Ecclesiasticam, vel religiosam, vt sit excommunicatus.

CIRCA VI. ET IX. *Præceptum.*

Non fornicaberis, & non concupisces vxorem proximi tui.

AN habuerit cogitationes inhonestas, & immundas, in iisque hæserit, & voluntariè fuerit oblectatus.

An animo deliberato desiderauerit peccare cum aliqua vel aliquo: quod peccatum eiusdem speciei est, cuius est opus ipsum.

An animo libidinoso aspexerit fœminas, vel adolescentes.

An vsus sit verbis lasciuis, & inhonestis cum intentione peccandi, vel prouocandi alios ad peccatum, & an libenter & cum voluptate audiuerit huiusmodi colloquia.

An actu peccauerit cum fœmina, idque cum

zed by Google

cum virgine, vel coniugata: an cum consanguineis vel affinibus.

An commiserit peccatum contra naturam cum aliqua persona.

An peccauerit cum personis Deo consecratis, vel per ordinem, vel per votum, aut an qui peccat habuerit ordines sacros, vel votum castitatis.

An inhonestè attigerit bestias, vel aliud peccatum cum iis commiserit.

An in se ipsum peccauerit peccato mollitiei, & nûm eo tempore cogitârit de aliqua persona cum intentione peccandi cum illa, nam tali casu sunt duo peccata mortalia.

An impudicè attigerit fœminas, vel adolescentes, aut permiserit se tãgi ab aliis. Et de amplexibus, osculis, &c.

An animo peccandi, miserit nuncia, literas, vel munera, aut mediator fuerit in inducendis aliis ad peccandum, vel de malis consiliis, auxilijs, &c.

An adierit vel transierit locum aliquem cum mala intentione aspiciendi fœminas, & se oblectandi, vel de periculis peccandi, quibus se exposuit, & de occasionibus peccandi, quas non euitauit.

An pollutus fuerit in somno vel vigilia, an causam aliquam pollutioni dederit, vel postea in ea voluntariam senserit delectationem.

An amore carnali affectus fuerit ad aliquam personam, sequendo eam animo

peccandi, & quanto tempore in eo perſeuerauerit, & nûm propter ipſum perſona iſta notata fuerit de aliqua infamia, deque variis actibus, & peccatis, quæ accidũt iis, qui tali modo ſe amant.

Qui ſunt coniugati, ſe examinabunt in particulari, an mente, cogitando de aliis mulieribus, vel intentione, non habendo pro fine prolem, ſed delectationem carnalem, vel etiam actibus, aliiſque modis extraordinariis aliquod peccatum commiſerint contra vſum, & finem matrimonij.

An legerit libros, vel hiſtorias impudicas, & inhoneſtas cum voluptate carnali, vel cum periculo habendi illam.

CIRCA SEPTIMVM & X. Præceptum.

Non furtum facies. Non concupiſces rem proximi tui.

AN rem alienam ſuſtulerit per fraudẽ, vel rapinam, explicando quantitatem furti, & in ſpecie, an ſuſtulerit rem ſacram, vel de loco ſacro.

An rem alienam retineat ſine voluntate Domini, & non reſtituat ſtatim, cùm poſſit.

An, cùm non ſit ſoluendo ſuis creditoribus, hi inde damnum aliquod paſſi ſint.

An

An inuenta re aliqua eam abstulerit animo retinendi pro se. Idem censendum erit, de rebus quæ ad manus eius venerunt, si eas non restituat suis dominis sciendo esse alienas.

An emendo vel vendendo fraudem fecerit, aut in mercatura, aut in pretio, aut in pondere & mensura.

An emerit ab iis, qui potestatem vendendi non habent, vt à seruis & filiis familias.

An emerit res quas sciebat, vel dubitabat esse furto sublatas, & sciendo, aliquid de huiusmodi rebus consumpserit.

An habuerit voluntatem determinatam accipiendi, si posset, vel retinendi rem alienam, vel etiam, an habuerit, animum deliberatum acquirendi, & congerendi opes, vt dicitur, per fas, & nefas.

An commiserit aliquam vsuram, vel fecerit aliquem contractum vsurarium, vel societatem iniustam in mercatura.

An accepta solutione, vel salario ad gerendum officium, vel opus peragendum, non benè & fideliter illud gesserit.

An ministros suos vel operarios fraudauerit mercede sua, aut cum damno ipsorum distulerit solutionem.

An litem mouerit contra iustitiam, vel in lite iusta vsus sit fraude aliqua, & deceptione ad vincendum.

An ludis vetitis vsus sit, an per fraudem in ludo aliquid lucratus sit, vel luserit

ſerit cum iis, qui non poſſunt res ſuas alienare, vt cum filiisfamilias, &c.

An defraudauerit tabellas iuſtas.

An ſimoniam aliquã commiſerit, quocunque modo.

An Eccleſiam priuauerit decimis, & aliis quæ ei debebat.

An per media illicita, vel malas informationes obtinuerit rem aliquam, quæ nullo iure ei obueniebat, vel an alios impediuerit iniuſtè, quo minus bonum aliquod, vel lucrum conſequerentur.

An auxilium vel conſilium dederit, vel alio quocunque modo participauerit cum raptoribus rei alienæ, vel cùm poſſet, & deberet, non manifeſtauit, nec impediuit latrocinium.

CIRCA VIII.

Præceptum.

Non loqueris falſum teſtimonium.

AN falſum teſtimonium dederit iudicio vel extra, vel alios ad illud induxerit.

An mentitus ſit cum præiudicio, & damno notabili proximi.

An famæ alicuius detraxerit, vel falsò imponendo aliquod crimen, vel nimium aliorum vitia exaggerando.

An in re graui murmurauerit de vita aliorum, maximè hominum honoratorum,

rum, vt sunt Prælati, religiosi, & honestæ fœminæ.

An aures facilè præbuerit detrahentibus, & murmurantibus de proximo.

An manifestarit alicui peccatum aliorum occultum & graue, vnde secuta est infamia.

An secretum sibi commissum reuelarit: vel an reuelarit, quod in secreto vidit, vel audiuit.

An aliorum literas aperuerit, malo fine.

An temerarium aliquod iudiciũ habuerit de factis, vel dictis proximi interpretando in deteriorem partem, quod poterat accipi in bonam, & condemnando eum in corde suo de peccato mortali.

An animo obligandi se, aliquid alteri promiserit, & postea sine causa legitima promissionem non seruauerit: quod est peccatum mortale, quando res quæ promittitur est alicuius momenti, aut propter defectum promissionis consequitur aliquod damnum proximi.

De peccato superbiæ.

AN iudicauerit se bona quæ habet, corporis, animi, & fortunæ, non habere à Deo, sed à se, & sua industria, aut si quidem iudicat se illa habere à Deo, sed tamen præsumit se propriis meritis sine diuina gratia accepisse, non dando per omnia gloriam Deo.

An

An vanè existimauerit se habere virtutem, quam non habet, vel se esse qui non est, vel plus esse, quàm est, contemnendo alios tanquam sibi inferiores.

An gloriatus sit in re aliqua, quæ sit peccatum mortale, vt quod se vindicauerit, vel aliud peccatum patrarit.

An, vt magnificret, iactauerit se de aliquo bono, vel de aliquo malo à se perpetrato, idque (siue verum sit, siue falsum) cum iniuria Dei vel proximi.

An fuerit ambitiosus, inordinatè desiderando honores, & dignitates, & ideirco quædam fecerit, quæ non debebat.

An, ne parui fieret ab aljis, fecerit aliquid quod non debebat, cum scã lalo proximi, aut omiserit facere quod debebat, vt, corrigere vel reprehendere alios, conuersari cum bonis, confiteri, aliáque opera Christiana exercere.

An pertinaciter veritatem impugnauerit, vel, ne se humiliaret, aut videretur victus, manserit obstinatus in defendendis contra conscientiam erroribus manifestis.

An per arrogantiam alios contempserit, faciendo aliquid in eorum dedecus, & contemptum.

An ex fastu, & superbia nimios sumptus fecerit in vestiendis famulis, & in aliis vanitatibus suo statui non conuenientibus.

DE ALIIS PECCATIS

Mortalibus nihil hic dicetur, eo quòd satis de ijs dictum est in Decalogo.

PRæter hæc omnia, qui habent aliquod officium, gradum, vel Exercitium particulare, se examinabunt de defectibus, & peccatis, quæ in tali statu vel exercitio singulatim possunt contingere, secundùm obligationem, quam quisque in ijs habet.

MODI QVIBVS HOMO

participat de peccatis alienis, his versibus continentur.

Consulo, præcipio, consentio, pronoco, laudo,
Non tego culpam, non punio, non reprehendo.
Participo, protegoq́, meũ in caput ista redũdãt.

Hoc est, an malum consilium dederit vel author fuerit alteri, vt malum committeret.

An præceperit, vel coëgerit aliquem committere aliquod peccatum.

An consenserit peccatis aliorum, eáque approbarit.

An prouocauerit alios ad peccandum.

An adulãdo ijs qui malè agũt, vel laudando ipsa opera mala author fuerit alijs peccandi.

An,

An cùm posset, & deberet, non manifestarit aliorum peccata ijs, quorum officiũ erat ea corrigere.

An puniendo, vel remouendo occasionem, vt debebat, non impediuerit aliquod peccatum.

An omiserit reprehendere, vel admonere peccãtes cũ deberet, & posset facere.

An fuerit socius, vel quocunque modo particeps fuerit peccati aliorum.

An hospitio receperit, fauerit, vel defenderit homines malè agentes.

DE TERTIA PARTE POENITENTIÆ, QUÆ EST, SATISFACTIO.

TErtia pars pœnitentiæ est Satisfactio, quæ non est aliud quàm integra solutio, vel recompensatio illius quod homo debet pro peccatis commissis. Duo enim mala secum affert peccatum; vnum est macula vel culpa, alterum est Pœna.

In confessione, virtute sanguinis Christi, qui operatur in hoc Sacramento, purgamur à macula, & remittitur culpa; & cõsequenter liberamur à pœna æterna, quæ culpæ mortali debebatur. Verùm quia nõ semper contingit, vt remissa culpa, etiam remittatur tota pœna tẽporalis, sed tantũ æterna, opus est satisfactione, quæ nisi fiat in hac vita, necessariò facienda est in altera, pœnis Purgatorij sustinendis, quę, teste S. Augustino, tam magnæ sunt, vt excedãt omnia

omnia tormenta, quę ſancti martyres paſſi ſunt in hac vita.

Omnes autem ſatisfactiones reducuntur ad tria genera, vt ad ieiunium, alias que aſperitates corporales, eleemoſynam, & orationem, quæ reſpondent tribus hominis bonis, animæ, corporis, & fortunæ. Vnde fit, vt homo tribus illis virtutibus Deo offerat perfectum aliquod ſactificiū ſui ipſius, omniumq; rerum ſuarum. Nam per eleemoſynam offert bona externa, per ieiunium offert ſacrificiū de propria carne, per orationem verò offert ſuum ſpiritum, & mentem Deo.

Sunt quoque tres hi ſatisfactionis modi conuenientiſſimi ad extirpandum tres principales radices omnium peccatorum, quę ſunt Concupiſcentia carnis, cōtra quā eſt ieiunium: concupiſcentia oculorū, cui opponitur eleemoſyna, & ſuperbia vitę, cui opponitur Oratio. Rurſum, vt tres ſunt quos peccato offendimus, nēpe, Deus, proximus, & noſipſi, ſic oratio ſeruit ad placādum Deum, eleemoſyna ad ſatisfaciendū proximo, ieiunium ad caſtigandū noſipſos. Et quāuis hęc ſatisfactio fieri poſſit duob. modis. Primò, quando homo ſponte, & ex propria deuotione aliquod ex his trib. operib. exercet. Secūdò, quādo impoſitū eſt idē opus à ſacerdote in confeſſione: Vtrouis. n. modo poſſumus ſatisfacere pro peccatis cōmiſſis: tamē multo maior, & vtilior eſt ſatisfactio, quæ fit ex obediētia Cōfeſſarij

ratione

ratione virtutis sacramenti, cuius est pars, quàm quę fit ex propria deuotione. Adhęc opera bona ipśe facta, si homo se inuenit in statu peccati, nec tunc, nec postea, cùm in gratiam redit, prosunt ad satisfaciendū Deo: quæ verò sunt imposita à Confessario etsi non prosunt, quādo ea facit in peccatō, tamen prosunt postea, cùm redit in gratiam, & seruiunt pro satisfactione debita peccatis.

Et quamuis etiam homo pro eadē pœna suis peccatis debita possit Deo satisfacere per gratias, & indulgentias Ecclesiæ, quando eo fine accipiuntur, quemadmodū oportet, hoc est, in statu gratiæ, tamen nō debet idcircò intermittere opera satisfactoria affligendo carnem ieiunijs, dando eleemosynas, & occupando se in sanctis exercitijs orationum, & meditationum.

Denique omnia flagella, & tribulationes, quas Deus immittit nobis, vt sunt morbi, paupertas, persecutiones, aliæque huius vitæ calamitates, si homo eas de manu Domini suscipit cum humilitate & patientia, plurimum prosunt, non solùm ad satisfaciendum pro pœnis temporalibus, quæ debentur nostris peccatis, verūmetiam ad augmentum gratiæ & meritum vitæ æternæ.

***

FINIS.

TRACTATVS BREVIS DE CONFESSIONE, PRO IIS, QVI FREQVENTIVS CONFITENTVR.

DE VTILITATE FREquentis Confessionis.

QVanta sit necessitas Sacramenti Confessionis, quam taq; commoda fidelium animis afferat eius frequentatio, multò plus quisq; experitur in seipso, quàm sermone explicari, aut scripto comprehendi possit. Vnde Christus Redemptor noster probè intelligens quãtopere salubri hac medicina indigeamus, voluit in fine vitæ sub figura lotionis pedum Apostolicorum loco testamenti eam relinquere, & exemplo suo ad eius vsum exhortari, non modo pro remedio peccatorum mortalium, sed etiam pro venialium. Hoc enim significare voluit ipse Dominus quando dixit. Qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes lauet.

Nam

Nam cùm ea conditio sit fragilis naturæ nostræ, vt diu immunis esse non possit à macula saltem veniali, non sufficit abluitam esse hoc sacramento animam à sordibus peccati mortalis, sed insuper necesse est vt eam conserues omninò mundam, & crebriùs abluas pedes affectuum à puluere peccatorum venialum. Et quãuis sola authoritas tanti Magistri, institutoris huius Sacramenti, nobis satis esse debeat, vt illud frequentemus, tamen visum est aliquot, de multis huius Sacramenti, vtilitates describere, vt eo libentiùs, & auidiùs tam singulare beneficium complectamur, & in eo proficiamus.

Prima igitur est, quòd qui sæpè confitetur, ac proinde sæpe examinat conscientiã suam, magis securus est, propter memoriã recentem peccatorum, se integram, & legitimam facturum confessionem. Vnde, & certior est sibi remissa esse peccata, & se diuinam gratiam assecutum esse.

II. Qui sæpe confitentur, partim quia paulò antè cõfessi sunt, vel paulò post iterum confitebuntur, partim, quia continenter sibi proponunt, se piè, & religiosè victuros, nec Deum offensuros, illudq; propositum identidem renouant, redduntur cautiores in euitandis peccatis, & faciliùs resurgunt, si verò aliquando labantur, fortiùs pugnant, & tentationibus resistunt.

III. Frequentatio huius Sacramenti, animum hominis magna luce illustrat, non modo

modò ad cognoſcenda peccata ſua quantumcunque parua; Nam in panno mundo facilius videntur paruæ maculæ quàm in immundo,& ſordido : verúmetiam ad cognoſcendas eorum radices ; cuiuſmodi sũt malæ inclinationes, & affectiones. Vnde veluti hoc facilius ſanatur infirmitas, quo melius cognoſcitur , ſic iſti cognoſcendo ſeipſos,facilius cauent omnes peccatorum occaſiones,& incolumes ſeipſos conſeruãt in Spiritu.

IV. Quo quis ſæpius confitetur, hoc maiorem vi ſacramenti conſequitur gratiã & quo plus creſcit in gratia, hoc magis ſe diſponit,& capaciorem reddit ad accipiendam ampliorem gratiam in Confeſſionib. ſequentibus. Quare ſæpe contingit, vt peccator Confeſſionem frequentans , crebris actibus pœnitentiæ eouſque in hac virtute proficiat, vt poſt multas confeſſiones(vt benè obſeruauit S. Thomas) cum maiore gratia,& charitate reſurgat , quàm habuerit,antequam in peccatum laberetur.

V. Nam beneficio Confeſſionis non ſolùm aſſequimur remiſſionem peccatorum; verúmetiam magna ex parte impetramus relaxationẽ pœnarũ dictis peccatis debitarum: vnde partim virtute Sacramenti partim propter pœnam ſenſibilem, doloris,& pudoris,quẽ in confeſſione peccatorũ experimur,poterit accidere, vt quiſpiã toties cõfiteatur, & abſolutionẽ ſacramẽtalẽ recipiat, vt tandẽ(vt dicit Thomas

in

in 4. ſententiarum) nulla ei pœna ſuperſ[illegible] toleranda in Purgatorio.

VI. Frequẽtatio huius Sacramenti magnum adiumentum, & lumen affert iis, qui deliberant de eligendo vitæ ſtatu, in quo facilius ſaluari poſſint, atq; id partim propter gratiam quæ ſæpius eis communicatur, qua effecti ſunt diuinarum inſpirationum magis capaces: partim propter lumẽ, quo illuſtratur intellectus ad rectiùs cognoſcendam Dei voluntatem, & maius ſuũ bonum: partim etiam propter fortitudinẽ ſpiritualem voluntati communicatam, qua ſeriò acceptent, quod, ceu melius bonum, à Deo inſpiratur: partim denique propter crebra conſilia, & inſtitutiones Confeſſarij, qui loco Dei eum gubernat.

VII. Qui crebrò confitetur, nec ſæpè, nec grauiter ſolet tentari à Dæmone. Nã vt araneę telas ſuas non texunt in ædibus diuitum, quòd ſæpè diſſoluantur in ijs, qui continenter eas expurgant, & euertunt: ſic in eorum mentibus, quæ confeſſionibus crebris mundantur, dæmon non poteſt, vti vellet, tentationum telam ordiri. Immò quia animaduertit ſæpè fraudes ſuas, & inſidias patefieri, nec poſſe ſe ſine iactura, & confuſione ſua à pugna recedere, etiam fugit ab illis. Nam vt dicit S. Hieron. poteſtas, & virtus proditoris concidit patefacta proditione, latrones infernales, more aliorum latronum, ſcientes ſe deprehenſos fugiunt.

VIII.

Digitized by Google

VIII. Quò rariùs quis confitetur, hoc plus in eo deficit conſcientiæ remorſus, & paulatim fit inſenſibilis, ſic vt peccata etiã grauia & mortalia, illi videantur parua, & ideò facilè ea committit. Contrà qui ſæpe confitetur, tantam aſſequitur puritatem & teneritudinem conſcientiæ, vt etiam ſentiat remorſum quendam in culpis leuibus, eò quod abhorreat à lapſib. grauioribus, nec facilè in eos recidat.

IX. Quemadmodum qui rarò confitentur, eò quòd ordinariè ſint in ſtatu peccati, nunquam inueniunt vel pacẽ, vel quietem, etiamſi haberent omnes conſolationes mundi: Sic è contra qui frequentatione huius ſacramenti conſeruant Dei gratiam, etiamſi multas habeant tribulationes in hac vita, tamen propter teſtimonium bonæ conſcientiæ ſumma pace, trãquillitatéque mentis fruuntur.

X. Et ſicut ij qui ſæpè conſulunt Medicum, eiuſque præceptis parent, viuunt diu ſani, ſic qui ſæpius infirmitates ſuæ conſcientiæ aperiunt medico ſpirituali, eiúſq; conſilia & remedia ſequuntur, faciliùs conſeruant ſanitatẽ gratiæ diuinæ, & ſecuriùs conſequuntur ſalutem æternam.

XI. Cùm videamus horam mortis eſſe incertiſſimam, propter frequentes eoſque ſubitos caſus, qui quotidiè hominibus accidunt; maiore ſecuritate conſcientiæ, & certitudine ſuæ ſalutis à viuis excedunt, qui ſæpè ſolent confiteri, eò quòd

ſemper parati ſint ad mortem, quàm illi qui cùm multo tempore à Confeſſione abſtinuerint, ex improuiſo è vita tollantur, aut non habent tempus confitendi, aut ſi confitentur, ignorant quid requirat Confeſſio, itaque eam faciunt cum exigua præparatione, & ſæpiùs mera neceſſitate, quàm bona voluntate. Vnde alicubi dicit Auguſtinus, Si quis exiſtens in extrema ægritudine, expetiuerit Sacramentum Pœnitentiæ & receperit, ſicque recõciliatus ex hac vita diſceſſerit, fateor, non negamus ei quod petit, ſed de eius ſalute ſecuri non ſumus. Qui verò dum ſanus eſt, ſe reconciliat, & pœnitentiam agit, ac poſteà benè viuit, ſecurus ex hac vita diſcedit: qui verò in fine vitæ ſe recõciliat, & pœnitentiam agit, ſi hinc diſcedit ſecurus, ego non ſum ſecurus: nec ideò dico, quòd damnabitur, ſed nec dico, quòd ſaluabitur, non ſcio, non præſumo, non promitto.

XII. Denique omnium bonorum, & priuilegiorum, quibus (vt ſcribit S. Bernardus) fruuntur illi, qui relicto mundo in religionem aliquam ſe abdiderũt, modo quodam ſuo participes ſunt etiam ij, qui in ſæculo manentes, Sacramenta ſancta frequentant, & vitam ſpiritualem agunt. Nam homo, etiam in hoc ſtatu viuit puriùs, cadit rariùs, reſurgit velociùs, ambulat cautiùs, & ſæpè à Deo conſolatus, quieſcit ſecuriùs, purgatur celeriùs, moritur

tur cõsidentius & remuneratur copiosiùs.

Itaque ad consolationem piorum & deuotorum, qui vitam agere desiderãt immaculatam, hunc breuem tractatulum confeci, quasi Speculum Spirituale, quo sæpius inspecto possint facilius animaduertere suos defectus etiam minimos, & deinde eos per Confessionem tollere, & emendare. Nam homines spirituales, qui dant operam vitæ puritati, & ad Christianam perfectionem aspirant, debent omni diligentia cauere, non solùm peccata mortalia, à quibus per gratiam Dei solent abstinere, verùm etiam venialia. Debent quoque esse solliciti in reprimendis animi passionibus, reformandis affectibus & denique remouendis, quoad fieri potest, omnibus imperfectionibus.

Qui ergò solent frequenter confiteri, in quatuor rebus sigillatim debent diligẽtiam adhibere. Primò in examine cõscientiæ suæ. Secundò in Dolore peccatorum. Tertiò in ipsa Confessione. Et quartò in proposito & mediis suæ emendationis.

DE EXAMINE CONscientiæ.

QVantum ad Primum, hoc est, ad Examen Conscientiæ attinet. Magnopere confert ad profectum spirituale m, si quis quotidie, antequàm cubitum

eat, se parum colligat, & primò gratias agat Deo pro beneficiis acceptis, maximè eo die: tum oret, vt gratiam & lumen impertiat suos defectus & peccata cognoscẽdi; deinde se examinet discurrendo per totius diei actiones, an cogitatione, verbo, vel opere Deum offenderit aut proximum. Et si in aliqua re se deprehedit culpabilem, cum dolore propositum in animo concipiat emendandi se, confitendi, & cum diuina Maiestate in gratiam redeũdi. Præterea quando Confessio facienda est; tempus aliquod in examinanda conscientia ponendum est, secundùm quod plures paucioresve dies à proxima Confessione interceserunt. Itaque maiore cũ diligentia percurret Examen hîc subiectũ colligendo omnia peccata & defectus, quos dicto tempore incurrerit. Ad quod non parum iuuat pro iis, qui memoriam magnam non habent, quotidie in Examine quod vespere faciunt, annotare defectus occurrentes, vt quando confitẽdum est facilius eorum possint meminisse, & dum paulò ante ea inspexerunt maiori pace patefacere.

MO

MODVS EXAMINANDI Conſcientiam.

CIRCA COGITATIONES & actus interiores, & primò erga Deum.

AN in rebus fidei dubius fuerit, vel curioſus, an fidem habuerit ſomniis, auguriis, aliiſve ſuperſtitionibus. An in alio ſpem ſuã collocauerit, quàm in Deo, an in ſuis neceſſitatibus deſperauerit de auxilio diuino, non habendo in eo fiduciam, quam habere conuenit.

De exigua memoria Dei & beneficiorum eius, & an plus affectus fuerit ad diuitias, filios, aliáque bona temporalia, quã ad diuinam ſuam Maieſtatem.

ERGA PROXIMVM.

AN facilè de aliis malè ſuſpicatus ſit, & temerè iudicauerit.

An compaſſus ſit proximo in aduerſitatibus, vel neceſſitatibus ſpiritualibus, & corporalibus orando pro illis.

An animo alienus fuerit ab aliquo, aut optauerit eius mortem, aliúdve damnũ, & an illatas iniurias condonauerit.

An laborauerit inuidia contriſtando de

bonis alterius, vel gaudendo de malis.

An aliis se prætulerit, aut alios contempserit tanquam sibi inferiores.

An inordinatum aliquem affectum, vel amorem sensualem vel carnalem habuerit erga aliquem.

An magni se fecerit propter bona aliqua interna vel externa, quæ putat se habere, vel vanam aliquam de rebus suis habuerit gloriam.

An occupauerit se cogitationibus otiosis, vanis, ambitiosis, delectando se in illis, & an inordinatè appetiuerit honores, dignitates, &c.

Circa Castitatem. An passus sit aliquam tentationem carnis, vel cogitationes immundas, quas non statim repulerit.

CIRCA VERBA, ET primò erga Deum.

AN manè & vesperi consuetas orationes habuerit, commendando se Deo & gratias agendo pro beneficiis acceptis, & orando pro illis pro quibus debet.

An, qui sunt obligati, recitarint officium diuinum, vel alias orationes cum debita deuotione & attentione.

An assumpserit nomen Dei, vel Sanctorum in vanum, & de rebus sacris locutus sit, vt oportet.

An

An ſine reuerentia iurauerit, vel ſine veritate, aut neceſſitate, & quam intentionem habuerit in iurando.

An emiſerit aliquod votum, quod non obſeruauerit, quemadmodum oportet.

An in proſperis rebus debitas gratias Deo egerit, & an in aduerſis queſtus ſit de eo, eiúſque prouidentia.

ERGA PROXIMVM.

AN obmurmurauerit ſuperiori, an famæ alicuius detraxerit, vel citra veritatem, aut intentione non bona mali aliquid de alio dixerit.

Similiter an de Prælatis & Principibus locutus ſit, vt decet, an verò eis maledixerit.

An facilè aures præbuerit murmurantibus, vel loquentibus de rebus illicitis.

An omiſerit corrigere proximum, cùm opus erat, & quãdo obligabatur, & facere poterat.

An occulta peccata aliorum patefecerit, quæ vel ipſe ſciuerat, vel de quibus habebat ſuſpicionem.

An mendacium dixerit, aut plus æquo res exaggerauerit, aut ſimulatè locutus fuerit.

An verba iniurioſa vſurpauerit, aut irriſerit & contempſerit alios, vel maledixerit, vel malum imprecatus fuerit proximis, tam viuis quàm defunctis.

An paterfamilias iniuria affecerit vxorem, famulos, an maledixerit filiis, vel aliquod malum eis imprecatus sit, an reprehenderit, & admonuerit eos quando oportebat, nûm operam dederit vt scirẽt, quæ necesse est hominẽ Christianũ scire.

An adulatus sit alicui, vel malum consilium dederit.

An alios retraxerit ab aliquo bono opere, vel causa fuerit alicuius dissolutionis aut peccati.

An sermonem habuerit de rebus impudicis & lasciuis, cum mala ędificatione, & scandalo proximi.

ERGA SEIPSVM.

AN libenter de rebus suis locutus sit, amplificando eas, & desiderando, vt ab aliis magni fiant & laudentur.

CIRCA OPERA, ET PRIMÒ erga Deum.

AN in Confessione & Communione defectum aliquem commiserit, & maximè de negligentia examinandi conscientiam, dolendi de peccatis, & renouãdi propositum emendationis.

An omiserit facere pœnitentiam, & exequi remedia data à Confessario.

An in festis peculiari cura & deuotione cultui diuino vacauerit, audiendo Missam

ſam,& concionem, & quem fructum inde retulerit.

An ratione ſanitatis procurandæ,aliāúe ob cauſam vſus ſit rebus ſuperſtitioſis.

ERGA PROXIMVM.

AN parentibus ſuis, aliíſve Maioribus obediuerit, & honore debito eos affecerit.

An ſuis ſuperioribus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus Principibus obtemperauerit, in iis quæ ab illis iuſtè imperata ſunt.

An qui gubernant familiā, malè ſe habuerint erga domeſticos:& an neglexerint caſtigare filios, alióſque ſuæ curæ cōmiſſos,in rebus ſpectantibus ad Dei offenſionem,& animarum condemnationem.

An iram vel impatientiam aliquam oſtenderit erga proximum,vel malo aliquo eum affecerit.

An acceperit,vel vſurpauerit res alienas, vel mercedem aliis debitam retinuerit.

An in emptione, vel venditione aliíſq; contractibus vſus fuerit aliqua fraude, vel aliquod damnum proximo in bonis temporalibus intulerit.

An eleemoſynam fecerit, & pauperibus ſecundum facultates ſuas ſubuenerit.

An propter timorem humanum,alióve reſpectu bonum aliquod omiſerit: vt verſari cum piis & bonis, & exercere opera quædam pia ad gloriam Dei, vel ad vtilitatem ſuam,& proximorum.

ERGA SEIPSVM.

AN vt magni fieret, superfluos sumptus fecerit, in vestitu, victu, aliísque vanitatibus suo statui non conuenientibus.

An aspectu, vel tactu, alióve modo occasionem dederit alicui tẽtationi, aut peccatum aliquod admiserit contra honestatem Christianam.

An, qui sunt Coniugati, intentione, vel tactu, & aliis modis illicitis peccatum aliquod admiserint contra finem, & honestatem Matrimonij.

CIRCA GVLAM, An in edendo, & bibẽdo excesserit, aut nimio affectu comederit, desiderando cibos exquisitos, & nimia sollicitudine, procurando plus satisfacere in hac parte sensui, quàm necessitati.

An per intemperantiam in cibo, & potu causam dederit alicui illusioni nocturnæ, & nûm in ea habuerit aliquam complacentiam.

De tempore malè collocato, vel consumpto inutiliter in colloquiis otiosis, vel ludis illicitis, & aliis nugis parum conuenientibus.

An conuersatus sit cum hominibus dissolutis, qui eum ad malum incitarint, aut se occasioni vel periculo peccandi temerè exposuerit.

Præter hæc omnia, quicunque habent officium, dignitatem, vel exercitium parti-

cu-

cul re, examinabunt se de defectibus, qui in dictis statibus, vel exercitiis singulariter occurrere solent secundùm vnius cuiusque obligationem.

DE DOLORE PECCATORVM.

POst factum Examen, reuocãdo in memoriam peccata quæ conscientia tibi suggerit. Primò confusionem capies ex teipso, considerãdo quàm parum te emẽdes, & proficias, postquàm toties redeundo ad confessionem, nunquam deest cõfitendi materia, imò semper te iisdem defectibus obnoxium deprehendis.

Vnde causam habes magnã verè timendi, te non tam ex dolore & efficaci proposito, quàm ex consuetudine redire ad Cõfessionem. Quare cùm paruifacies emendationem, periculum est, ne Deus suã gratiam subtrahat, tibíque dicatur: *Quia tepidus es, incipiam te euomere.* *Apoc. 3.*

Deinde oculos mentis tuæ attolles ad Christum, considerando, quod, cùm sit ipsa sanctitas, & puritas, magnopere illi omnia peccata displiceant, quantumuis parua. Vnde vide, quid egerit, & quanta passus sit, vt te liberaret ab illis, & tantis beneficiis ad se amandum, & obseruandum sua diuina præcepta attraheret. Tum reflectendo oculos ad teipsum, considera quantum debeas benignissimo tuo creatori, & redemptori, & vide quã-

tenus officio tuo satisfecereris dolendo ex animo de tanta tua malitia,& ingratitudine erga talem Patrem, & Dominum, qui cùm te tantopere amauerit,tu nil aliud cogitas,quàm eum offendere.

Postremò conuertes te iterum ad Christum,& considerádo,quomodo ille sit noster Mediator, & pro tuis peccatis satisfecerit, ab ipso per intercessionem beatiss. Matris suæ, & omnium Sanctorum petes humiliter veniam, & simul eum rogabis, vt dignetur reformare tuos affectus, & prauas inclinationes, vt in posterum nihil habeas,quo eum offendas. Et deniq; temperando dolorem tuorum peccatorum, cum spe veniæ, firmum propositum facies emendandi vitam tuam,& gratiam, atque auxilium ad id præstandum à sua diuina Maiestate postulabis.

DE CONFESSIONE.

FActurus autem Confessionem, considera quoties vadis ad accipiendum hoc Sacramentum, toties ire ad lauandum te sanguine Christi, cuius virtus operatur in Sacramentis. Propterea vide quanta reuerentia, & gratiarum actione conferre te debeas ad accipiendam medicinam, quæ tanti constitit ei, qui eam fecit.

Deinde in ipsa Confessione tria potissimùm obseruabis.

Primò

Primò facies confessionem integram omnium peccatorum, quorum recordari poteris, & quæ conscientiam maximè vrgent, explicando simul eorum speciem, numerum, & circunstantias necessarias quantùm fieri potest.

Secundò claritatem, & perspicuitatem in confitendo amabis, quæ oriatur ex viuo desiderio omnia accuratè manifestãdi, vt à Patre Spirituali eò meliùs possis adiuuari,& dirigi,nam,vt dicit Scriptura: *Qui abscondit scelera non dirigetur.* Et ideò syncerè confiteri debes peccata tua, non celando, nec excusando,nec extenuado rem vllam, non vtendo verbis superfluis, nec recensendo historias quæ non faciunt ad propositum, multò minùs autem aperiendo peccata aliorum,sed accusando tantùm teipsum. *Prou.* 22.

Tertiò accedere debes ad Confessionẽ, paratus non solùm ad suscipiendam pœnitentiam, & implendam satisfactionem, quæ à Sacerdote imponitur: verùm etiam ad accipienda omnia consilia & remedia, quæ pro tuis peccatis, & pro maiori bono tuo Spirituali ab eodem tibi dabuntur. Frustrà enim infirmus suos morbos aperiret medico: si postea nollet acceptare remedia,nec exequi ordinem,& leges,ab illo præscriptas.

DE PROPOSITO, ET MEDIIS Emendationis. C

FActa Confessione, tria alia obseruanda sunt. Primum est, Statim exequi pœnitentiam à Sacerdote iniunctã, renouando propositum abstinendi à peccatis confessis, & omnibus aliis, ac cauendi occasiones dictorum peccatorum.

Secundum est. Media aliqua arripere, quæ te ad tui emendationem iuuare possint, obseruando præcipuè defectus eos, ex quibus omnes alij oriri videntur, & contra eos se instruere & armare.

Ex remediis quæ vsurpari possunt ad extirpandum aliquod vitium vel imperfectionem, alia sunt generalia, alia particularia. Inter generalia primum est. Firmum propositum non committendi amplius tale peccatum: quod deberes sæpè renouare, maximè manè, & quotiescunque in illud vitium relaberis.

II. Prodest fugere occasiones, quæ ad tale peccatum solent inducere, vt ludos, malas societates, familiaritatem personarum suspectarum, aspectum oculorum, curiositatem audiendi, loquacitatem. Nam scriptum est: *Mortem intrare per fenestram.* *Hier. 9.*

III. Plurimum iuuat in principio diligenter resistere tentationibus, excutiendo à se scintillam prauæ cogitationis, antequàm intret, & accendat cor. Quod fieri potest, si subitò recurras ad orationem, vel

vel nomines ſanctiſſimum nomen Ieſu, vel ſignes te ſigno S. Crucis, vel ſubitò ante oculos obijcias imaginem Chriſti crucifixi pro pœna tuorum peccatorum vulnerati, & ſanguine manantis.

IV. Multum quoque iuuat ad conſeruandum propoſitum bonũ non offendendi Deum, ſæpè audire verbum Dei, bonos libros legere, abſtinere à libris vanis & laſciuis. Nam verbum Dei colligit hominis cor, temperat paſſiones, & voluntatem noſtram replet bonis deſideriis.

V. Nec parum prodeſt verſari ſemper in conſpectu Dei, tanquam teſte noſtrarum actionum.

VI. Si quando homo ſenſerit rebellionem carnis plurimũ prodeſt aſperè, & durè tractare corpus, tum dormiendo, edendo, bibendo, & viuendo, tum etiam in aliis rebus quæ illi poſſent afferre voluptatem. Nam cùm caro ſit quaſi incentiua inordinatarum affectionum, quo debilior erit, hoc debiliores, & languidiores quoq; erũt affectiones ab ea profectæ.

VII. Bonum quoq; remedium eſt fugere otium, originem, & fomitem omniũ vitiorum, efficeréq; vt ſemper aliqua honeſta occupatione, vel mentis, vel corporis ſimus diſtenti, ne locum inueniat Diabolus in anima noſtra.

VIII. Magnum etiam adiumentum affert, earum rerum recordatio, quæ timorem incutiunt, vt mortis, iudicij, pœnæ

næ æternæ peccatoribus præparatæ, vel consideratio beneficiorum Dei, & diuinarum promissionum, vt excitemur ad amorem ipsius, & odium omnium quibus possumus offendere diuinam suam bonitatem.

IX. Denique efficacissimum remedium est, Frequens vsus sanctiss. Sacramentorum, Confessionis, & Eucharistiæ, quia vt docet Apostolus, principale remedium contra peccatum est diuina gratia, quæ his Sacramentis obtinetur: accedit quòd instituta sint à Christo D. N. vt essent quasi medicinæ cœlestes, non solùm ad expianda peccata, verùm etiam ad sanandos nostros inordinatos affectus, ad reprimendas passiones, ad tollendum omnem animi languorem, & denique vt essent certa quædam amoris incentiua, quibus inflammata voluntas nostra faciliùs resistat inclinationibus prauis, & vincat omnes tentationes mundi, carnis, dæmonis.

Præter hæc sunt alia quædam remedia magis particularia, & propria cuiusq; defectus, qui vsurpari, & applicari poterunt secundùm consilium Confessarij, & tam hæc, quàm illa alia assumi debent cum magnitudine animi, perseuerantia, & certa spe victoriæ fundata in auxilio diuino, & Christi gratia.

Tertium, & posterum ex iis, quæ homo seruare debet post Confessionem,

est,

est, vt omnem diligẽtiam adhibeat, in offensis quibus Deum hactenus læsit, nouis officijs recompẽsandis. Scriptum enim est. Non satis esse declinare à malo, sed opus esse facere benè. Procuret quoq; vt ex memoria præteritorum malorum, quotidie fiat humilior, & feruentior in bonis operibus, exercendo se non solùm in operibus pœnitentiæ, & deuotionis, verùm etiã peculiariùs in operib. charitatis, & misericordiæ erga proximum. Nã vti scriptum est. Qui fecerint misericordiã, inuenient quoque misericordiam in Conspectu Dei.

MEDITATIO PRO Sacra Communione.

Oratio præparatoria.

CVm tanta sit dignitas Sacramẽti Corporis, & Sanguinis Domini, vt si haberes omnem puritatem Angelorum, & sanctitatem B. Ioannis Baptistæ, tamẽ nullo modo dignus esses illud recipere, ideò, vbi deficit humana fragilitas, quoniã Dominus noster ita vult, & præcipit, recurres ad auxilium diuinæ gratiæ, petesque ab eo magnam famem, & ardens desiderium huius sancti cibi, ac vt profunda humilitate, & reuerentia hanc sacram mensam possis accedere, eosque effectus hoc diuinissimũ Sacramentum in te operetur, quos operari solet in eorum animis, qui dignè illud recipiunt.

PVN-

PUNCTA MEDITATIONIS.

I. IMaginaberis te à Christo Domino inuitatum, vt dignus sis in societate Angelorum mensæ suæ assidere, his verbis amore plenissimis. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* *Hier. 25.*

II. Considera quis sit ille, quem es sumpturus, nempe Deus tuus factus homo, tu verò creatura abiecta, plena omni malitia & sordibus vadis ad recipiendum tuum Creatorem, infinitam illam potentiam, summam illam bonitatem, & pulchritudinem, tu, inquam, homo miser vadis ad recipiendum Deum illum, qui cùm te creavit ad imaginem suam, & ex immenso erga te amore formam, & similitudinem tuâ assumpsit; ad te venire desiderat, vt tecum habitet, vt te sibi vniat, & in eum quidem modum, vt sis vnum cum ipso. Vt si bonus ille Zachæus se felicem existimabat, quod tantùm videre posset Christum, quę felicitas erit eius animæ, quæ potest, quãdo vult agere cum suo Deo, ore ad os loqui cum eo, & in pectore suo tanquam hospitio recipere.

III. Verùm ex altera parte, si S. Ioannes Baptista in ventre matris sanctificatus, & à Deo electus in Christi præcursorem, non se

se reputauit dignum tangere Christum, aut soluere corrigiam calceamenti eius, quomodo ego immundus peccator audebo eum tangere, vel recipere in domum meam?

IV. Si S. Petrus Apostolorum Princeps, indignum se iudicabat, vt Christus in eius esset nauicula, dicens. *Exi à me, quia homo peccator sum, Domine*, quid dicam ego homo miserabilis, quomodo præsumam adiungere me illi, & recipere in domum meam? *Luc. 5.*

V. Si ad manducandum panes propositionis necessaria erat tanta puritas, & mũditia, sicut dicebat Sacerdos Achimelec ad Dauid. *Si mundi sunt pueri, manducent:* Quid faciam ego immundus peccator, quomodo audebo ore immundo manducare panem Angelorum? *1. Reg. 21.*

VI. Si ad manducãdum agnum Paschalem, qui erat figura huius Sacramenti, necesse erat comedere lactucas agrestes, & panem azimum, renibus succinctis, & alijs tot cærimonijs, quarum meminit Scriptura, quomodo audebo ego accedere ad mãducandum verum agnum sine macula, filium Dei, sine dolore meorum peccatorũ, & antequàm videam me liberum à fermento, & malitia peccati, maximè, cum agnoscam tam longè me abesse à puritate, quæ requiritur ad accipiendum hoc diuinissimum Sacramentum?

VII. Si Oza sacerdos tantùm, quòd arcam

arcam teſtaméti attigiſſet, non ea qua debuit reuerentia, & puritate, tam ſeuerè à Deo repentina morte punitus æſt, quantò iuſtiùs mihi timendum eſt, qui non ſolùm accedo ad tangendam arcam teſtamenti, ſed ad diuiniſſimum corpus Chriſti D. N.
1. Reg. 6. arcam veram, in quam incluſi ſunt omnes theſauri ſapientiæ Dei.

VIII. Si Bethſamitas Deus tam grauiter puniuit, occiſis 50. millibus hominum, quòd tantùm curiosè, & irreuerenter arcá teſtamenti nudam aſpexiſſent, quanto magis mihi timendum eſt in huius diuini Sacramenti acceſſu, quod mihi non ſolùm aſpiciendum, ſed etiam tangendum, & ſumendum eſt?

IX. Deinde conuertendo oculos ad teipſum, conſidera aliquantulum, quam vitá egeris, quoties maiorem habueris rationé minimi honoris, minimæ paleæ exiſtimationis humanæ, & luti voluptatum carnalium, quàm gratiæ, & amicitię Dei, gloriç, & beatitudinis æternæ. Quòd nomen quidem habueris Chriſtiani, ſed opera potius fuerint dæmonis. Fuit enim vita tua ſimilis vitæ miniſtrorum illorum infernalium qui fingebant quidem ſe adorare Chriſtũ, dicentes, Aue *Rex Iudæorum*, ſed ex altera parte ſpuebant in eius faciem, & colaphis çum cædebant.

X. Cùm ergò tu ſis talis, qua fronte accedes ad ſactam illam menſam, audebiſq; admittere in domum tuam ſpeculum illud in-

infinitæ puritatis,& munditiæ? quomodo audebis æternum Verbum incarnatum recipere in hoſpitium animæ tuæ, quæ hucuſque non aliud fuit, quàm ſtabulum beſtiarum,& nidus ſerpentum?

XI. Ex alia parte,quantumuis agnoſcas te ita miſerabilem, & omnibus bonis indignum,non debes tamen te ſubducere ab hac menſa, ſed potius maiori cum fiducia ad Deum confugere conſiderando Dominum illum,eſſe eum ipſum,qui tanta cum beneuolentia te ad ſuam menſam inuitat; qui nunc eandem doctrinam teneat in cœlo,quam habebat, cùm nobiſcum verſaretur in terra,qui eodem amore,& deſiderio flagret,quo flagrabat ſaluandi peccatores dum eſſet in terra. Cùm autem nobiſcum eſſet in terra dixit. *Non opus eſt medico ſanis, ſed malè habentibus.* Et rurſus. *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores.* Et alio in loco. *Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* *Matt. 9.* *Matt. 17.*

Adhæc tam bonus eſt hic Dominus, vt nunquam vllum peccatorem, vel infirmũ qui ipſum adire vellet,repulerit. Vnde nec repulit à ſe Magdalenam, nec leproſum, nec mulierem, quæ eum tetigit, & à fluxu ſanguinis ſanata eſt; immò legimus omnes claudos,cæcos, alioſque infirmos conatos ſe adiungere ad Chriſtum,eumque tangere,quòd ab eo virtus quędem exiret ad ſanandum omnes.

XII. Quare ô Deus meus, ſi ego ſum infir-

infirmus, neceſſe habeo ad te verum medicum meum accedere: ſi ſum peccator, debeo quærere eum, qui me poſſit iuſtificare: ſi plenus inordinatis paſſionibus, & pondere peccatorum meorum grauiter oneratus, ad quem recurrere debeo pro refrigerio, niſi ad te qui ſolus potes, & vis me adiuuare? Grauiora ſunt peccata mea peccatis Magdalenæ, magis leproſus ſum, quã ille qui te acceſſit; patior quoque in anima mea fluxum multo maiorem, & periculoſiorem, quàm illa mulier paſſa ſit. Sũ quoque cæcus, quando te, lucem verã non video Sum claudus, quando paſſibus amoris ad te nõ ambulo. Sum mutilus, & mancus, quando me in operibus bonis nõ exerceo, & proximos meos, vt oporteret, adiuuo. Atque hæ omnes neceſſitates, & miſeriæ cogunt me ad te, pro impetrando remedio & auxilio, recurrere, confiſum bonitati tuę & clementiæ, quòd ſicut à te non repulſiſti illos, ſic non repelles quoque me. Dixiſti enim ſanctiſſimo ore tuo, te, quotquot ad te venerint, non eiecturum foras. *Ioan. 6.*

COLLOQVIVM.

MEritò olim, dulciſſime Domine, ſanctus Prophera quidam, admiratus bonitatem, & amorem immenſum quo hominem proſequeris, hæc verba protulit. *Iob. 7.* *Quid eſt homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eũ cor tuũ?* Quis enim ego ſum,

Deus

Deus meus, quid feci, quid merui, vt tu beatissimus, glorioſiſſimuſq; exiſtēs Deus, qui nec opera mea, nec rebus meis indiges, tanti me facias, & omnibus modis quæras exaltare me, & magnificare, communicando teipſum, tuaſque res omnes mihi tam liberaliter? qui tamē aliud non ſum, quàm parum pulueris, & cineris: & ſi velim comparare me, cum Maieſtate tuæ Deitatis, omnem videndi facultatem amittam, & cognoſcam me totum nō aliud eſſe, quàm nihil. Et nihilominus, ecce inclinas cœlos tuos, & dignaris ad me venire, ad reſtituēdas animæ meę ruinas, & ad lauandum nō aquis maris rubri, ſed proprio ſanguine tuo, ſordes meas, & ad reſtinguendam famem meam ſpiritualem non Manna deſerti, ſed ſuperſubſtantiali, & diuina carne tua: Vt ſi bonus ille Centurio cuius fidem prætuliſti toti Iſraëli, intelligens te venire ad ſe, nō putauit ſe dignum vt intrares ſub tectum eius: & tuus ſanctus Præcurſor, qui prius fuit ſanctificatus, quàm natus, & quo maior nō fuit inter natos mulierū, cūvidit te venire ad ſe, abiecit ſe tanta humilitate ad tuos pedes dicens: *Tu venis ad me?* quanto magis ego homo miſerabilis; qui in peccatis natus ſum totus, & quot ſunt beneficia in me tua, tot ſunt meæ ingratitudines, & offenſæ, quæ pro beneficijs reddidi; ego inquam, qui propter ſcelera mea nō ſum dignus oculos leuare in cœlum, nec *Matth.* 3.

vt

vt terra me ampliùs ſuſtentet; ſi enim velles mecum intrare in iudicium, non ſufficerent omnes pœnæ huius, & alterius vitę ad puniendam milleſimam partem meorum delictorum. Sed cùm tu nihilominus nunc pergas venire ad me cum tãto amore, & benignitate, debeo me in terrã proſternere, immò ſi fieri poſſet, abdere ſub terram, & maiori cum admiratione dicere.

Domine tu venis ad me? non ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantùm dic verbum, & ſanabitur anima mea.

*

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google

Vincentii Bruni Societatis
Jesu

Digitized by Google

8-1

Digitized by Google

Digitized by Google